




CLAUDII GALENI DE DECUBITII INFIRMORUM. LUGDUNI 1550.










Galeni (Claudii) Prognostica de Decubitu Infirmorum, *with the Autograph of the celebrated* Dr. John Dee, 3 *August,* 1551, *on the title,* very rare *Lugduni,* 1550




282 DEE (John, *the celebrated* Astrolog
ni (Claudii) Pergameni Mathematice
Prognostica de Decubitu Infirmorun
Struthio interprete, 8vo, *with the au*
the celebrated Dr. John Dee, 3 *Augu*
the title, fine copy, *blue morocco ext*
ders, gilt edges, by Riviere, very ra
Lu

This copy sold in the Cunliffe sale fo


W Ridler
22/4/98



Sey



Hunc librū esse Galeni fo. 74
Vide fo. 98. quid tribuat coeli consensui.



Ioannes Deeus. 1551. 3. Augu

Claudii Galeni Pergameni MATHEMATICES Scientiæ Prognostica de Decubitu infirmorum, Iosepho Struthio interprete: cum Paraphrasi Claudij Fabri, medici Surregiensis, nouissimè iuncta.

Hunc librum Scripsit Galenus ad Aphrodisium

PTOLO. I. CENTILOQ. VII.

Soli numine afflati, prædicunt particularia.



Cum priuilegio Regio.

LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
M. D. L.

EXTRAICT DV
Priuilege du Roy.

IL est permis à Thibault Payen Imprimeur & Libraire à Lyon, Imprimer, ou faire Imprimer vn Liure intitule Prognostica Clau. Galeni. cum Paraphrasi Claudij Fabri Surregiensis Medici, & est deffendu à tous aultres Libraires & Imprimeurs de ne L'imprimer, ne faire Imprimer durant le temps & terme de six ans, commencants du iour & datte de l'Impression du dict Liure, comme amplement est contenu aulx lettres patentes de Priuilege, à luy sur ce octroyées de par le Roy nostre Sire, séellees du grand Seau en cire iaune, & signées, Burgensis, Maistre Iacques Mesnage, maistre des Requestes, præsent.

Donne à Fontainebleaul le sixiesme de Decembre.

M D L.

CLAVDII FABRI MEDICI Surregienſis, Epiſtola ad lectorem benignum.



T ſi animus non erat, cùm dediſſem typis excudēdum Claudi Galeni Pergameni mathematices ſciētię ꝓgnoſtica de decubitu īfirmorū, addere quicquā noſtræ dilucidatiōis, quāuis & amicorū precibus illa flagitaretur, & haberemus ipſius nōnihil in diuerſas chartas interlegendum coniectū. Tamen poſtea cùm opus procederet & multi me rogarent, præſertim domini Doctores medici Leonhartus Marchianus Cabillonenſis, & Petrus Bonetus Lingoñ. & vel paraphraſi illius noſtra, vel annotationibus (quæ lectorem in mathematica parum verſatū nō mediocriter iuuarēt) illuſtrare vellim, interq; eos eſſent, q nō ſolū gratia, ſedetiā authoritate apud me plurimū poſſe deberēt, moueri animū meū ſum paſſus, & flecti in hanc partē, in quā amicorū ſtudiū ac volūtas impelleret. Hi in re medica viri docti, q cùm me ad paraphraſim cuilibet capiti iungēdā hortaretur, ego quoq; imbecillitatis īgenij mei mihi cōſcius, hęc nō ita ornata atq; expolita eſſe dicerē, vt in publicū ꝓdirę auderēt, impetrarūt tādē qđ cupiebāt eo prętex

tu, ꝙ cũ nullus ſit liber tã malus, quin ex eo aliquid boni poſsit colligi, & nullus ecõtra tã bonus, quin in calumniatorũ manus incidat. Egoquoque ſubruſticum pudorẽ reieci, & doctorum virorũ voluntati obtemperaui, non ignorãs multa in prima, ſaltem iſta Paraphraſi ac dilucidatiõe iuncta, quæ à viris doctis, & fortaſsis à meipſo cum tempore caſtigabuntur. Ita enim exiſtimo nullum eſſe etiam ex doctiſsimis viris qui cùm primum aliquid ſcribit vel componit multa ita ſcribat atque cõponat, quę cum tempore ipſe improbet atque emendet. Ingenuè fateor huius libelli ſentẽtiam ſupra captum eſſe ingenij mei, quapropter miſericordiæ quęſo te cãdide Lector, ne de pręſenti tẽpore illuſtratiõis iſta liberes, ſed veniã des curioſę mentis imbecillitati, ſi quid fortè ſecus quã placeat in iſtis deprehẽdes. Et medicum, qui neq; tẽpora, neq; loca notata, neque leges Mathematicas, neque curſus planetarũ adamuſsim ſingulis diebus et horis memoria repetere poteſt, hortatum velim, vt ad faciles ephemeridas recurrat, quæ vera omnia ſyderum Schemata, quibus docet Galenus hoc libello de Decubitu infirmorum prædicere, demonſtrant. Vale Surregij ſupra Sagonam, tertio Calendas Apriles: Anno 1549.

C. Ga

C. Galeni Pergameni MATHEMATICES

Scientiæ Prognoſtica De decubitu infirmorum, Ioſepho Struthio interprete, cum Claudij Fabri Paraphraſi nouiſſimè iuncta.



Onſtat bene ex Stoicorum Philoſophorum ſentẽtia, qui non minus in loquendo, quàm in bene viuẽdo erant ſemper exquiſitiſsimi, qualis, & quàm exactę veritatis ſit Mathematica ſcientia: nihilominus quũ præſens ſermo de his eſt inſtitutus, quæ ars Medica perhibet, neceſſarium viſum eſt nobis, medicorum præſtantiſsimorum aſſertiones adferre: tum vt Mathematica cognoſcatur ab omnibus tum vt ipſi medici, quamuis non

 omnes,

omnes, plurimi tamen eam partem ſuæ artis, qua ipſi ad præuidendas res plurimas vtũtur, Mathematicæ ſcientiæ ſe debere intelligant. Hypocrates igitur, vir præcipuus, ac in rerum ſcientia admiratiõe dignus, inquit: Quicunque in medicina ſe exercent, eius autem philoſophiæ ignari ſunt, æque docet dare indicia de rebus à natura earum deſumpta (phiſiologiã vocant) horum animus in tenebris perpetuó oberrans fatigatus conſeneſcit: non ſolùm non rectè agere huiuſmodi homines, ſed etiam plurimum decipi dicit. Ait enim animum errore confici, ac defatigari, qui vſum phiſiologiæ ignorãt. Quũ autẽ maxima pars Aſtrologiæ ad eam quam diximus Phiſiologiam

giam, ſeu Philoſophiã indicato-
riã pertineat, liquet illum, ſi par-
tẽ laudauit, multò magis totam
laudauiſſe. Diocles autem Cha-
riſtius medicus, & orator, non
ſolum hoc idem dicit, & vt i-
pſe ſcis, ſed etiam aſſerit vete-
res medicos ex diuerſitate lumi-
nis & curſus Lunæ, præcog-
nitiones, quæ in nobis fiunt
conficere ſolitos fuiſſe. Quum
verò dignitate, & eruditione
præſtantiſsimi viri, qui Me-
dicinæ partem præcognitoriam
non ſolùm diligenter perſecu-
ti ſunt, ſed etiam ſcriptis ſuis
adauxerunt: idque non ſolùm
ex ſua arte, ſed aliunde etiam
ſumpto auxilio, aliqua de ĳs
rebus memorię prodiderunt. In-
de & tu chariſsime Aphrodiſi, ſi

decubitum infirmi diligenter ex
ploraueris, atq; veterũ illorum
(quos diximus) principiis inſti-
teris, vberrimã tuę artis frugem
es accepturus, præcognoſcendo
ac prædicendo ea, quæ infirmis
ſunt euentura. rem autẽ hinc or-
1 diamur. Ante omnia† conſidera
re oportet progredientẽ Lunã,
ſit ne in augmento an decremen
to ſui curſus, non luminis, in quo
2 multi decepti ſunt†. Si igitur eo
tempore, quo quiſpiã primò de-
cumbit, Luna in aliquo ſignorũ
duodecim, ſuo motu moueri inci
piat, accedens ad oppoſitã ſigni
3 partem (pars† autẽ ſigni oppoſi
ta eſt, quæ maximè & ex diame-
tro diſtat) præſertim verò ſi tum
4 etiam† coniunctionẽ cum ſole fa
ciat, vnde tandem à congreſſu fa

ĉto in xvj.partem egreſſa,ſoluta
iam coniunctione, in maiorẽ ſui
curſus magnitudinẽ tendat,occi-
det infirmum ſub aduentum in
clxxx.partem.Si verò primũ de
cumbente infirmo, Luna curſu
ſuo diminuta incedat,morbũ ad
oppoſitã vſq; ſigni partẽ protra
ctum, † vbi diametrum exierit, 5
in ſalubriorẽ egritudinẽ trãſmu
tabit. † Aduerte autẽ & motus, 6
ſeu teſtimonia ſtellarum reliqua
rũ. Si enim tẽpore incipiẽtis de-
cubitus,Luna in curſum maiorẽ
tendat,interim autem & in ſche-
mate ſolis, aſpectus alij vocãt,ex
titerit, augebit morbum & peri
culoſiorem faciet. Si autem & lu
mine & motu aucta ſit,ineuitabi
le infirmo periculum dabit†,vbi 7
diametrum attinget. Quòd ſi in

Conferas huic loco propoſitionem Ptolomei 60. centiloquij.

adurentem Solem Iupiter fortè
8 inciderit,† ipſa vna cum Ioue ſo-
li Schema offerente, morbum
qoad fieri poterit ſecuriorem fa-
ciet:ſiue etiam in Schemate tetra
goni Iouis (quadratum noſtri
vocant) exiſtat, infirmis ſanita-
tem reſtituet aduentante diame-
tro. Si verò Saturni aduſti Sche
9 ma acceperit, † curſum autem
ſuum eo tẽpore diminuit,in ſum
mo diſcrimine ac periculo infir-
mum reponet, aduentante ince-
pti curſus parte. cc. Si verò &
poſtea quàm à coniunctione ſe
redemerit, in minorem curſum
feratur, mortem ineuitabilem
inferet,circa partem incepti cur-
ſus. clxxx. Si autem tempore
cepti decubitus Sol Lunæ Sche-
ma† dederit, ipſa verò tùm cur-
ſum

ſum ſiue etiam lumen minuat,
minuetur & morbus vbi vẽtum
fuerit ad partem incepti curſus
cc.ac poſtea occurrente bono ali
quo Schemate, ad ſanitatem ſu-
am infirmus redibit. Si autem &
coniunctionem futuram etiam
motu diminuto ſolutura eſt, ſa-
nitatem reſtituet circa partẽ in-
cepti curſus. clxxx. † Opus au-
tẽ erit animaduertere in primis,
quo modo ſtellæ in ſingulis ſi-
gnis ſint repoſitæ, & quem ſi-
tum habeant; ex progreſſu enim
Lunę per ſigna duodecim, cauſę
morborum cognoſcuntur. Scito
autem ſi quos calculos ſeu nume
ros negligẽter diſpoſuerit, nihil
veri poſſe ſuccedere: falſitatis aut
non res ipſa, ſed qui negligent er
ſe gerit, cauſa eſt. Diſquirito tan

dem

Figura genituræ

12 dem accuratè & † figuram geni-
ture, ex ea enim ſingula exactè
cognoſcũtur. † Decumbente igi-
13 tur aliquo dum Luna eſt in Arie
te, exiſtẽs in ſchemate Solis, mor
bus accidet ex eo, quòd egroto à
radijs Solis caput exuſtum eſt:
dolor erit in membranis capitis,
erunt febres continuæ, erunt vi-
giliæ, incenſiones nimiæ, ſitis, a-
ſperitas linguæ, vſtio ac veluti
flamma in thorace, dolor in he-
pate, pulſus retracti ac inordina-
ti: huic vtilis eſt detractio ſangui
nis, ac mitigantium & refrigerã-
tium adhibitio: alienatio enim
14 mentis futura eſt, & phrenitis †.
Quòd ſi interim nullus ex planè
tis beneuolis lunam protexerit,
15 † ac ipſe etiam Saturnus vnà te-
tragonũ lunæ addiderit, vltra ſe

Ptolomeus Propoſitione. 42. cétiloquij.

pti

ptimã nõ viuet, prȩſertim ſi tum Luna motu aut lumine augetur. Si autẽ decumbat aliquis dũ Luna eſt in Ariete, affecta maleuoli ſchemate, tetragono ſcilicet aut diametro, vel ſi cum eo fuerit cõiuncta, oportebit eum ipſum planetam animaduertere: & ſi quidem fuerit ♄ cauſa eſt in capite, morbus eſt lethargus, ægroti ſunt ſomnolenti, inſenſiles, frigidi, neq; eandem ſeruant æqualitatem morbi, nũc enim augeſcit, nũc minuitur. Quòd ſi Luna tũ motu, aut lumine, aut vtroq; eſt diminuta ſummam ac extremã (vt& antea diximus) morbi acceſsionẽ timeat, circa partem incepti curſus cc. Conſpicito autẽ eo tempore & ſtellas alias †: ſi 16 enim † aliquo Schemate Lunȩ 17

Saturnus.

annu

annuerit, magnum quidem infirmo periculum est subeũdum:
17 †prætergressus tamen, diametrum, sanus seruabitur. Si autẽ Mercurius solus prædicto scopo (Lunæ.s.cum Saturno, ita vt
18 diximus situatæ† Schema suum addiderit, citra vllum dubium morientur. Si verò Mercurius vnà cum Marte ignito, hos tu redemptores magis quam interemptores censeto, tua porrò intererit omnem prudentiam ac solertiã infirmo adhibere, quum te non lateat Saturnum efficere affectiones frigidas & reumaticas. At verò si Mars dederit schema præsertim diametrum Lunæ motu etiam & lumine augescenti, hos faciet capitis affectus, alienationes mẽtis, phrenitidas, iræ

Aphoris. 91. Ptolom. Vide Paraphrasim capitis quinti nota. 2.

iræ impetus, phlegmonas, ac-
cenſiones, inſultus ſanguinis.
Oportebit igitur in omnibus
ijs adhibere ea quæ refrigeran-
di & remittendi poteſtatem ha-
bent, hiſque vtendum maximè
circa † tetragonum, á tetrago- 19
no enim trium dierum ſpacio
incipiet vigere magnitudo mor
bi:futuri ſunt autem vſque ad
íncepti à Luna curſus, diame-
trum † periculoſiſsimi & ac- 20
cutiſsimi affectus. Si autem huic
ſcopo Lunæ, ſcilicet cum Marte
in eo vt diximus, ſitu repoſitæ
Mercurius etiã ſuũ ſchema adiũ
xit, poſt exacta tãta pericula ĩfir-
mus ſanabitur †. Mercurius em̃ 21
Marti probé cõgruit, Saturno
minime. Quod ſi decũbat aliquis
Luna autẽ ſit in Schemate Iouis
aut

aut Mercurij & Veneris, & ſi pro vtriuſq; planetæ natura, inæquales eſt factura ęgritudines, & in diuerſos affectus īfirmos trāſlatura, proculdubio tamē ſanantur. Operæprecium autē erit te animaduertere rationem victus, horas, exercitia, balnea, potus vini: & ſi quidē ad Saturnum pertinēt, qui ęgritudine afflicti ſunt, tenebuntur deſiderio balneorū, ſeſsionis quietę, frequentis nutrimēti, calidæ potionis: qui autem Martem attinēt, † frigidę potionis, motus, vini, inquietudinis.

De planetis loquitur qui ſunt domini geniturae.

Vtile eſt igitur te iuxta ſingulos planetas, ſuo cuique modo deſiderio nō aduerſari: quęlibet em̄ ſtella cuius rei deſiderio tenetur eadem reficitur recreaturq́ue. Non arbitraberis autē Aphro-

Aphrodisium

disi optime (vt ego opinor) curas eiusmodi contrarias esse rationibus medicorum: ego enim qui bene naturas stellarum cognitas habeo, dixi quibus quæque rebus delectetur, vbi fuerit ab omni noxa ac vitio aliena. Si autem dum Luna est in ☌ Solis decumbat aliquis, Saturnus autem in tetragono sit aut diametro, aut etiam Lunam præsens adeat, quę lumen & motum suũ diminuat, erit morbus quo ad originem, ex crapula, & diuersitate ciborum ac multitudine: futuræ autem sunt febres cum astrictione alui, inflammationes hypochondriorum, articulorũ dolores, pulsus retracti, ac inordinati totius corporis supercalefactio, circa pulmonem autẽ &

De conualescẽtib⁹ hic sermo est.

ſiniſtrũ latus, erit ſenſus grauitatis: huic auxilio erit ſubtractio ſanguinis, ac vſus eorum omniũ quæ habitum corporis ſoluere poſſunt. Quòd ſi nemo ex beneuolis Lunam protegit, omnino diametrum viuus non ſupergredietur: imo ſi & Mars idem ſchema quod Sol habuerit, aut ex diametro Lunam aſpexerit, ſupra primum incepti curſus tetragonum non viuet. At ſi beneuoli adfuerint, & Lunam inſpexerint, periclitatus ſanabitur,

CAPITIS PRIMI PARAphrasis.



Mnia sub Lunari globo generationi atq; corruptioni esse subiecta, ita manifestum est, vt iuxta planetarum dominia, & signorũ naturas effici, fingi, commutari, virtutemq; sortiri, satis à Philosophis, tum Græcis, tum Latinis comprobatum sit. Vnde nõ abs re Galenus à planeta Luna exorditur, quandoquidem vt princeps non mediocris, inter Solem & nos, medius constitutus, terrestrẽ regionem meritò gubernet, non potentia cæteros planetas, sed vicinitate exuperans. Hinc Ptolomeus primo lib. Aphorismorum, in omni morbo Luna consideranda est, velut Iuppiter in omni gloria. 1

Ptolo. Aphorismorum.

Multi perperam augmentum & decrementum Lunæ interpretati sunt, referentes ad lumen, non autem ad cursum, quem primum Lectorem intelligere volumus. Sol quolibet anno duodecim signa Zodiaci peragrat: remorando in vno quoque signorum triginta diebus, horis & minutis aliquot. Luna eadem omnia in qualibet Lunatione, eodem modo & sol xxvij. diebus: Et tertia diei parte percurrit, manens in quolibet duobus diebus, horis & minu- 2

tis aliquot. Et sic signa circunscribendo, in signum tandem & gradum, in quo est Sol illabitur. Et tunc Soli iuncta in combustione esse dicitur, ibidemq; cursum absoluit. Cùm autem separatur à Sole, eundemq; à parte occidentis relinquit, ibi principium cursus dicitur, vnde moueri suo motu incipit: & semper initium cursus à signo & gradu, cum quibus congrediebatur, habet.

3 Ad oppositam signi partem accedit Luna, cùm partem signi oppositam longissimè patentem peruenit. Vt si Luna moueri suo motu incipiat, primo gradu aut puncto Arietis, accedens ad primum gradum, aut punctum Libræ, dicitur ad partem signi oppositam peruenisse. Itaque si primo gradu, aut puncto Tauri, accedens ad primum gradum, aut punctum Scorpij. Geminis igitur Sagittarius, Cancro, Capricornus. Leoni Aquarius, Virgini Pisces, opponuntur: ita & gradus & puncta eorundem adinuicem.

4 Singulis mensibus semel, aliquādo bis, Luna Soli coniungitur: vbi obscuratur omnino, cùm Solis lumen circa eam emergit. Quod primilunium, siue nouilunium appellamus: & ibi (vt iam dictum est) fit cursus principiū & finis, quibus perspicuè à Galeno crisis illa multo tutior ac salubrior

brior eſſe quæ ſub augmẽtũ curſus Lunæ, quàm quæ ſub decrementum cadit, oſtenditur: niſi aliquod maleuolorum planetarum Schema (aſpectũ vocamus) occurrat.

Vbi diametrum exierit Luna, oppoſi- 5
tionem vbique intelliges, vt ſi de Sole & Luna fiat ſermo, Plenilunium. Si verò de reliquis errantibus planetis, oppoſitionem ſolùm prædicabis.

Illud porrò ſingulis capitibus repeten- 6
dum venit, quod nos obſeruantes veriſſimũ eſſe cõperimus ab Aegiptijs Aſtronomis, non ſolùm Lunam, ſed & reliquas planetas, tum ægris, tum etiam ſanis inuẽtum dies quales futuri ſint, poſſe prænuntiare.

Vnde Ptolomeus propoſitione 60. Cen- 7
tiloquij. Fruſtrà iudicabit homo ſuper ægrotis, niſi primum diem criticum inſpiciat, Lunæ peragrationem, in angulis figuræ. Vbi enim eos angulos bene affectos inueneris, id eſt, nõ impeditos à planetis maleuolis, bene erit languenti, contrà malè. Hoc iterum Galeni authoritate, tertiò de diebus Decretorijs confirmatur, ibi ſcriptum ſic reliquit. Si etenim Luna ad planetas temperatos ſteterit, quos iam & ſalutares Latini, ἀγαθοποιούς, Græci nominant, fauſtos ac bonos dies producere. Si ad intemperatos graues moleſtoſq;.

Ptolo. propoſitiõe 60. Cẽtiloquij.

Gale. 3. de diebus decretorijs.

7 Vbi diametrum attinget Luna, id est, Soli opponetur, & erit in plenilunio.

8 Dicitur planeta in Solem adurentem incidere, cùm Soli iungitur. Vnde si Iuppiter & Luna simul Soli iungãtur, & eadem vel coniunctionẽ faciat cum Ioue, vel quadratum aspectum porrigat, securiorem fore morbum, plenilunio adueniente concludit, quod à planetarum benignitate fieri, postea demonstrabitur.

9 Si autem tunc aliquẽ Saturni aspectum receperit, in diminutione cursus, in periculum deducet infirmũ, ob Saturni malignitatem. Aphorismorum 83. Cùm in aliquo morbo, luminaria sunt ambo cum infortunis, vel eorũ opposito, in initio ipsius, vix euadet æger ab eo.

10 Vbi notam hanc ☍. in textu comperies, oppositionem pronunciato. Vnde ait, si tẽpore cepti decubitus Sol Lunæ opponatur, id est, si fuerit in plenilunio, in diminutione cursus & luminis, minuetur morbus.

11 Quicunque de infirmorum decubitu prędicendo verè cupit philosophari, necessum est imprimis septem planetarum per quęlibet signa progressus, situs, & configurationes, nouisse. Atque eorundem & signorum qualitates & naturas. Deinde singulas humani corporis partes planetis atque Zodiaci

diaci signis distribui, & ab illis affici & mutari, secundum quòd imbibuntur atq; suscipiuntur. Scimus enim Zodiaci signa mēbra curare, sic vt Aries caput atque faciem regit. Taurus Collum, Gemini brachia atque humeros. Cancer præest pectori, pulmoni, Stomacho, & Lacertis. Leo præest cordi, & stomacho, & iecori, atque dorso. Virgo respicit intestina, & stomachi fundum. Libra gubernat nates, & femur, atq; renes, Scorpius genitalia, vuluam, & matricem. Sagittarius dominatur fœmori, atque sub inguinibus. Capricornus regit genua. Aquarius crura, & tibias. Pisces regūt pedes. Dicamus præterea iuxta Arabum traditionem, Solem præesse cerebro, cordi, fœmori, medullis, oculo dextro, et spiritui vitæ, ori, & instrumentis organicis. Mercurium spleni, lieni, stomacho, vesicæ, matrici, auri dextræ, & virtuti receptiuæ. Saturnum hæpati, & carnosiori parti stomachi. Iouem ventri, & vmbilico. Martem sanguini, & venis, atq; vi irascibili. Venerem renibus, testiculis, vuluæ, matrici, genitali semini, vi concupiscibili, & eiusmodi omnibus quæ operi venereo inseruiunt. Luna verò & si totum corpus & singula membra pro varietate signorum sibi vendicet, tamen peculiariter sibi adscribuntur, cere-

Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Sagittarius. Capricorn⁹. Aquarius. Pisces.

Sol. Mercurius. Saturnus. Iuppiter. Mars. Venus. Luna.

brum, pulmo, medulla, ſpinæ dorſi, ſtomachus, menſtrua, & omnia eiuſmodi excrementa. Huius itaque ordinis memor, ſcias humani corporis partes & membra quæ alicui planetarum & ſignorum ſubſunt, ſingularem quendam habere influxum & inclinationem, ad membra eidem planetæ & ſigno attributa, quod teſtatur Hieronimus Cardanus Aphoriſmorũ 153. quarti ſegmẽti, vbi ſcriptum ſic reliquit. Luna Saturno iuncta affligit cerebrum, & ventriculum, & membrum, ſigno, in quo eſt, correſpondens. Vnde ſtatim Galenus in hoc primo capite, Luna ab impedimẽtis non libera, in Ariete ſigno caput regente, morborum originem potius in capite, quàm in aliis corporis partibus procreari Philoſophos non Mathematicos ſatis occultè docet, vt paulo poſt demonſtrabitur.

12 Si quis exactè de infirmorũ decubitu cupit Philoſophari, hanc non vulgarem Philoſophię partem, vbique memoria repetet, nempe geniture figuram, in qua ſitus, motus, configurationes planetarum beneuolorum, vel maleuolorum, fortunæ, vel infortunæ, anguli, ſignum aſcendens, & planeta dominator, à vero aſtronomo probãtur, & demonſtrantur. His etenim morbos maligniores, vel benigniores effici. Ptolo.

prop

propositione 42. Centiloquii testatur. Vbi inquit: Morbus qui cœpit, cùm Luna fuerit in eo signo, quod malefica aliqua tenuit in genitura, siue in quadrangulo, aut diametro eius, grauissimus futurus est. Si autem malefica respicit, periculosus. Sin in loco vbi genituræ tempore benefica fuerit, sine periculo erit.

Ptolome' propositione Centiloquij. 42.

13 Decumbente igitur aliquo (inquit Philosophus) Luna in Ariete existente, & Soli aliquem aspectum porrigente, dolores circa caput, & eius membranas fore, vt febres continuas, vigilias, incẽsiones nimias, sitim, phrenitim, linguæ asperitatem asserit. Sed quare omnes hos affectus calidos & siccos enumerat Galenus, nisi ratione signi Arietis calidi, & sicci caput regentis, Martis planetæ, ipsius dominatoris, calidi, & sicci dolorem in capite habentis, & Solis calidi & sicci, Lunæ aliquod Schema afferentis? Præterea cur primum caput affici potius quàm aliam corporis partem, Luna existente in Ariete vult Philosophus, nisi quòd Aries signum caput regat? Deinde addit vstionem non paruam in thorace, & dolorem in hepate. Dicemus ne ab eodem edocti, in libris de locis affectis, hoc fieri à partium corporis consensu, vel à signorum (vt placet Astrophilis) triplicitate, vel ab

Aphorism. 89.

Cõiunctio luminarium in Ariete, facit mẽtis alienationes, & mortem.

vtroque? De triplicitate poſt hac habebitur ſermo, cap.3.

14 Planetæ beneuoli ſunt Sol, Venus, Luna, & Iuppiter. Maleuoli autem Saturnus, & Mars, Mercurius medium obtinẽs. Huius enim cum quo congreditur, planetæ naturam influit, vt cum bono, bonitatem, cũ malo, maliciam. Vnde varios morbos facit Saturnique longos, Venus mediocres, Luna reuertentes, vt vertigines, comitiales, podagras, Iuppiter breues, tum Sol breuiſsimos: Mars à quo dãnum tale recipit. Luna (vt ait Hali. prima parte de indicijs Aſtrorum) dum eſt in augmento ſui luminis, quale recipit à Saturno dum eſt lumine diminuta.

15 Si Saturnus maleuolus tetragonum Lunæ addiderit, id eſt, quadratum aſpectum illi porrigat, atque per quartam Cœli partem aſpiciat, vltra ſeptimanam non viuet. Nam non ſolùm Saturnus maleuolus eſt, ſed & frigidus & ſiccus, humidum ſubſtantificum abſumens. Vnde paulò poſt ſubiũgit Philoſophus, hãc eſſe cauſam, morbos frigidos & lætales à Saturno planeta fieri, & in capite generari ab Ariete ſigno declaratum eſt.

16 Iuppiter aliquo ſchemate Lunæ annuit, cùm illi iungitur, vel opponitur, vel quadra

dratum aſpectum offert.

Prætergreſſurus diametrum Iuppiter, id 17
eſt ſi infirmus vltra oppoſitionem Iouis,&
Lunæ vixerit ſanus euadet. Eſt enim oppo
ſitio diametralis conſtitutio, duorum pla-
netarum ſex ſignis diſtantium.

Planeta ſuum ſchema Lunæ dare dici- 18
tur, cùm aliquem aſpectum illi porrigit, vt
coniunctum, oppoſitum, & quadratum.

Circa tetragonum, idem quòd aſpectum 19
quadratum vel quadraturam, quæ fit cùm
per quartam Cœli partem duæ ſtellæ ad
inuicem diſtant.

Si quis decumbat, Luna exiſtente in ſi- 20
gnis igneis, nempe Ariete, Leone, & Sagit-
tario, cui Mars opponatur, morbos vene-
noſos, & plerunq; exitiales effici, teſtatur
Ptolo. Aphoriſ. 91. & Ludo. Rigius. 82.

Mercurium cum Marte, ſatis beneuolũ, 21
cum Saturno autem, ibi maleuolum omni
no comprobamus, lectorem nõ mathema-
ticum de odio & amicitia planetarum du-
bium relinquentes. Non aſtronomum la-
tet eſſe quinque aſpectus, ſcilicet ſextilem,
quartilem, trinum, oppoſitum, & coniun-
ctum. Coniunctus aſpectus eſt, cùm pla-
netæ in eodem gradu ſunt, vel minus duo-
decim gradibus diſtant inter ſe, vel cum a-
liis ſub radiis alterius fuerit. Et tunc Luna
vel pla

vel planeta dicitur Soli coniunctus, quando illi per gradus sexdecim proximus sit: Et tunc combusti à lumine Solis dicuntur. Oppositus aspectus, cùm ꝑ sex signa duo planetæ longisimè ad inuicem distant: & est aspectus inimicitiæ. Trinus aspectus est, cùm per tertiam Cœli partem, duo planetæ ad inuicem se respiciunt: & est aspectus amicitiæ. Quartilis aspectus siue Tetragonus, cùm per quartam partem Zodiaci, duæ stellæ inter se distãt: & est aspectus odii & inimicitiæ. Sextilis aspectus est, cùm planetæ distant inter se per sextam Zodiaci partem: qui aspectus est imperfectæ amicitiæ.

CARACTERES, NOMINA, & naturæ planetarum.

♄ 1 *Saturnus.* *Frigidus, Siccus, Maleuolus.*

♃ 2 *Iuppiter.* *Calidus, Humidus, Beneuolus.*

♂ 3 *Mars.* *Calidus, Siccus, Maleuolus.*

☉ 4 *Sol.* *Calidus, Siccus, Beneuolus.*

♀ 5 *Venus.* *Frigida, Humida, Beneuola.*

☿ 6 *Mercurius.* *Varius, nam cum quo congreditur naturam insluit.*

☽ 7 *Luna.* *Frigida, Humida, Beneuola.*

Cara

CARACTERES, NOMINA, & naturæ duodecim signorum Zodiaci.

♈ 1 *Aries.* Calidus, siccus, Colericus, & Masculinus.
♉ 2 *Taurus.* Frigidus, siccus, acetosus, & fœmineus.
♊ 3 *Gemini.* Signũ Calidũ, Humidũ, Dulce, & Masculinũ.
♋ 4 Cancer. Frigidũ, Humidũ, Flegmaticũ, & Fœmineũ.
♌ 5 Leo. Calidum, siccũ, Colericum, & Masculinum.
♍ 6 Virgo. Frigidũ, siccũ. Melancholicũ, & Fœmineũ.
♎ 7 Libra. Calidũ, Humidũ. Sanguineũ, & Masculinũ.
♏ 8 Scorpius. Frigidũ, humidũ, Flegmaticũ, et Fœmineũ.
♐ 9 Sagittarius. Calidũ, Siccũ, Colericũ, & Masculinum.
♑ 10 Capricornus. Frigidũ. siccũ, Melãcolicũ, et Fœmineũ.
♒ 11 Aquarius. Calidũ, Humidũ, Sãguineũ et Masculinũ.
♓ 12 Pisces. Frigidũ, Humidũ, Flegmaticũ, et Fœmineũ.

CARACTERES ET NOMINA Aspectuum.

☌ 1 *Coniunctio.*
☍ 2 *Oppositio.*
△ 3 *Trinus.*
□ 4 *Quartilis.*
✶ 5 Sextilis.
☊ Caput Draconis.
☋ Canda Draconis.

DE SCHEMATIBVS LVnæ in Tauro.

CAPVT. II.



SI quiſpiam decumbat Luna exiſtẽte in Tauro, maximè hora diei, Sol autem Lunæ afferat † diametrum, aut tetragonũ,
1 erit morbus ex multitudine ſanguinis, aderit aſtrictio alui, aderunt accenſiones, † dolores col-
2 li & circa oſſa, ſuperflua vigilia, deſiderium rerum frigidarum & vini: huic ſanguinis detractio plurimum conducet, atque ea omnia vtilia erunt quæ vim aperiendi habent†. Saturno
3 autem idem ſchema quod Sol habẽte, ſi nullus beneuolus ꝓtegit, diẽ xj. nõ trãſiget: ſi autẽ beneuoli preſentes adſunt, aut ſchemata porrigunt, poſt exacta periculu

ricula xx. die sanabit̃. Si aũt luna vt diximus posita in tauro, decũ bat aliquis, motus autẽ Lunæ & lumẽ minuitur, ad hęc Saturnus quocũq; tãdẽ in Schemate repo nat̃, prę sertim si & ♉ pariter Sche mate cõtineatur, affectus ęgritu-dinũ iuxta signi propriã naturã, erũt tardi motu, difficiles cogni-tu, quos crederes absentes esse, quũ tamẽ ęgrotũ affligũt: aderit viriũ prostratio, ac totius corpo ris debilitas, stomachus appetitu priuatur, calor in profundo la-tet, articulorũ dolores incessunt, totum corpus malè habet. Hæc autem ego tibi in omni Zodia-ci signo indicia propono, vt dũ aliquod horũ se tibi obtulerit, circa infirmum, dubius non hæ-reas. Signum autem hoc natura Taurus.

sua

ſua tempeſtates ac ventos conci
tat, ac eorum quæ in Mari &
Terra eueniunt, indicia facit: id-
circo oportebit te præcipuam ca
pitis curam habere, hoc enim eſt
quod primam morbi cauſam cō
traxit, quamuis hæc ita non ap-
pareat. Totum neruoſum genus
compatitur, præter cætera ſto-
machus pulſus profundi ac re-
ptantis formicæ ſpeciem præ ſe
ferentes, præſertim de die: pro-
pterea vtiliſsimum quidem erit
infirmum mutare non tamen tu
puſillanimis ſubtractionem ſan-
guinis vereare (licet id nimiam
ſubinde debilitatem indicat) ne
que ſubductionem alui, nec alia
quæ euacuant, à Tetragono au-
tem incœpti curſus vſq; ad dia-
metrum æger diligētius eſt ob-
ſerua

ſeruãdus, & ſi quidẽ poſtea quã cõiũctionẽ Solis euaſerit, melio ra indicia Luna oſtẽdit, ſoluetur morbus in diametro. Si aũt eua dens coniunctionem penis in-dicat, maximè ſi tempore cœpti decubitus nullus ex beneuolis protexit, vltra diametrum non ſuperuiuet. Si autem decumbat aliquis exiſtente in Tauro Lu-na, †cum ſchemate Martis (præ ſertim vbi Luna eſt †amphicyr-ta) augẽs motus ſuos, cauſa mor bi erit circa collum & hypochõ-dria, idque ex ingurgitatione, ac cibo nimio: Febres aderunt vrẽ-tes, alui aſtrictiones, aſperitas lin guæ, amaritudo oris, ſitis nimia, ipſi autem ægroti oculis torui, truces aſpectu, ſermone audaciſ ſimi, qui aduerſus ſuos facilè ir-

ritantur ac exiliunt. Oportet igitur summam diligentiam strictę aluo, & eductioni sanguinis adhibere, neque desiderio frigidæ potionis eorum multum aduersari. Morbi ipsi à principio quinque dierũ spatio acutiores erũt: vigebunt vsque ad septimã. Hic autem ad alia te esse etiam attentum oportet. Si enim † con-
6 spexeris ♌ in quarta, scias ægrũ procliuę & aptum esse cardiacę passioni: Ideo fac vt omni hora totius septimanæ accuratus sis, vt citra incommodũ vinum exhibeas, & frigida alia. Si autem transacta septimana æger in deterius labitur, vltimum illi vale dicito: proculdubiò enim obibit. In huiusmodi verò iudicationibus, oportebit te & horarum

aptitudinem inquirere, id quod fiet si reperis horas eas, quibus schemata beneuolorũ prodeũt: hæ tibi plurimum cõferent tam in nutriendo, quàm in lauando, & exibendo potu. Si enim hora bonorum schematum cibus offeratur, (licet hoc dictis medicorũ nonnihil repugnare videatur) plurimũ cõferet infirmo. Quòd si Lunæ in illo, quem diximus, loco residenti ♃ aut ☌ aut ⚹ schemata dederint, siue ipsa motum augeat, siue minuat, certum salutis in diametro affuturæ iudiciũ tibi esto. Quare citra exhibitionem aliorum, sola attenuante diæta vtere.

PARAPHRASIS SE-cundi Capitis.


T si iam satis priori Capite, de Solis & Lunæ diametro factum, quod plenilunium vbique appellamus, & reliquarum stellarum oppositionem, non tamen puduit repetere, vt hic & vbique Lectorem non Mathematicum ad priorem Paraphrasim deducamus: vbi figuram diametralem tetragonam & oppositam intellectu conspiciet. Vnde Aphoris-
Apho. 60 mo. 60. teste Luna in opposito Solis, morbus si initium accipiat, ex humorum est abundantia.

2 Diximus Taurum signum collo dominari, vnde hic tacitè ostendit Philosophus, Luna existente in Tauro, dolores & affectus citius in collo, quàm in alia corporis parte generari.

3 Saturno autem idem schema quòd Sol habente, id est si Saturnus Lunæ opponatur, vel quadratum aspectum illi offerat, Luna existente in Tauro, nisi hoc defendat beneuolus planeta, diem vndecimum non transiget infirmus. Sed qui fit, qua ratione, qua experientia, nisi à Saturni male-
Aphor. 83. uoli malignitate? Vnde Aphoris. 83. Cùm in aliquo morbo, luminaria sunt ambo cũ infor

infortunis, vel eorum oppoſito, in initio ipſius, vix euadet æger ab eo.

Hic collum hypocundria & neruoſum genus, ſimul opprimi, Luna exiſtente in 4
Tauro, cum ſchemate Martis, inquit Philoſophus ratione triplicitatis ſecundæ, videlicet Tauri, Virginis & Capricorni, & febres continuas, ardentes, aſperitatem linguæ, amaritudinem oris, ſitim nimiam, à Marte calido, ſicco, quippe qui cùm caput regat, ſanguini, venis, & colere præeſt. Hęc igitur & alia permulta tibi in omni Zodiaci ſigno indicia proponimus: vt dum aliquod horum ſe tibi obtulerit, circa infirmum tutius prædixeris.

Qua figura Luna ſe noſtris occulis exi- 5
bet, quando nondum ſemiplena eſt, dicitur amphicyrta, per υψιλον, vel vt quidam volunt) decem dies nata.

Si Solis & Lunæ quadratura, id eſt qua- 6
dratus aſpectus, in ſignum Leonem inciderit (quidam volũt ſi caput draconis in quarta Lunæ inueniatur) ægrum cardiacæ paſſioni obnoxium eſſe, non abs re aſſerit. Ratione Leonis, cor & ſtomachum regentis ſigni, quod rectius legi, quàm caput draconis confitemur.

DE SCHEMATIBVS LVnæ in Geminis.

CAPVT III.



I quis decumbit existente in Geminis Luna, cui adsit præsens ℞ vel schema diametrũ, aut tetragonũ offerat, causa prima morbi erit ex nimijs laboribus, vigilijs & maximè ex itineribus: quòd si tum Luna motum & lumen augeat, locus affectus erit. manifestus morbus breui seipsum declarat, augeri verò incipiet, à die tertia, vsq; ad xx. erũt enim leuiusculæ febres, & macies, quæ per nocturnos assiduósque labores, exinanito sanguine contracta est: aderunt & splenis grauitates, vbi autem ex beneuolis nullus ꝑtexerit, Mars

autem idẽ quod Saturnus Schema habuerit, post diem trigesimum obibit, si verò boni presentes adfuerint, aut Lunam inspexerint † chronicis ac periodicis 2
morbis detentus, tandem sanabitur. Si autem decumbat aliquis in Geminis Luna existente, cui tetragonum vel diametrũ Mars offerat vel presens apud eam sit, augescente eius lumine & motu, morbus incurret periculosus & molestissimus: erũt enim febres continuæ, adstrictiões alui, vstiones magnæ, pulsus retracti ac inordinati: huic igitur cõpetet sanguinis detractio: & si ex beneuolis nullus Lunam protegit, † Sa- 3
turno idem quod Mars schema obtinente, morietur in diametro si verò beneuolus aliquis Lunã

intueatur, poſt tãta pericula ſer-
uabitur. Si decumbat aliquis in
Geminis Luna exiſtente, præin-
cipientes cauſæ morbi erunt la-
4 bores & balnea: † morbus autem
qualibet humiditate exaggera-
tur magis, quòd ſi Saturnus, vnà
cum Mercurio ſchemata adijci-
aut, maximè Luna diminutis
gradibus aſcendente à Sole, e-
rũt dolores circa opertas ſcoptu
5 las, & lũbos, † totũ corpus calet,
& ad ſimilitudinem ambuſto-
rum in ſuperficie dolet: hinc inu-
tile fuerit ſi de vno loco ad alte-
rum transferatur, id quod ipſe
optabit, aduerſatur illi, & frigi-
da quæcunque potio vſque ad
ſeptimam. Si autem Luna inci-
dens in Solis coniunctionem, in
minores motus progrediatur, ſi-

ne du

rie dubio morietur. Quód si prædicto ſcopo Lunæ, ſcilicet cum Saturno & Mercurio, ita, vt diximus, poſitæ accedet tempore cœpti decubitus ſchema alicuius beneuoli, infirmi ipſi ab alijs ad alia mala trãſſerãtur in Iſchiaſes, & id genus alios articulorum dolores, quantitas temporis morborum oſtendetur ex cõiunctione Lunæ, id eſt, acceſsione ad ſtellas beneuolas, quæ infirmos redimunt, hanc autem rationẽ & in alijs omnibus ſignis obſerues. Non ignores & illud, quod in quodcunq; ſignum Luna intrauerit, illic imperium habet, ſcito & hoc, quod planetæ quando ſunt diametrum Lunæ porrecturi, facilè ipſimet hoc indicant: ſi autem Luna, ita vt in

priore exemplo dictum eſt, in Geminis exiſtente, tempore cœpti decubitus Mars, aut Sol, aut vterque ſimul ſchemata ſua porrigant (præſertim ſi Luna ſit
6 † amphicyrta) ipſa verò Luna in maiorem motum fertur, ęger ita omnino ſibi perſuadebit, vt credat ſe certo moriturum: proinde lamentabitur, flebit ac triſtabitur, in loquendo erit promptus, & audax, diuerſas ſimulachrorum ſeu phantaſmatum ſpecies ante oculos cernet, quæ omnia illi ſunt ad morbum, augent enim illum & deteriorem reddunt: de die autem & ſtomachi debili-
7 tas † incurrit, & panniculorum capitis dolores inuadunt, ita vt infirmi diſſoluantur & pulſuum motu penè careant. Oportet igi
tur

tur fomentandi resoluendique
diligentē curam habere, sangui-
nem detrahere, ac cibos oportu-
nè exhibere, ex coniunctione au
tem Solis cognosces, sit ne futu-
ra morbi solutio: & si malum sto
machi prosperius tibi apparebit,
& panniculorum capitis dolo-
res abscedent, sanabuntur, sine
dubio infirmi. At verò si à dia-
metro morbus in maius auge-
tur, & tabes ventriculo inuecta
fuerit, citra vllum dubium per-
ibunt: maioribus autem auxilijs
quæ apud medicos in vsu sunt,
opus esset. Si autem ad signum
hoc geminorum tempore decu-
bitus incœpti, † beneuolæ stel- 8
læ schemata porrigunt, siue Lu-
na motum augeat, siue minuat,
medicatiōe opus non erit: diæta
enim

eum ære bono, balneis, deambulationibus, exercitatiõibus, morbus abigetur, aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

PARAPHRASIS CAPITIS TERTIJ.

1 I quis decumbit exiſtente in Geminis Luna, cui præſens Mars iũgatur, vel ſchema quadratum, vel oppoſitum offerat, poſt diem trigeſimum obibit, quod à malignitate Martis fieri certum eſt. Nam ex acceſsione Lunæ ad ſtellas maleuolas, pereunt infirmi, ad beneuolas autem redimuntur.

2 Χρονικὰ νοσήματα Temporales ſiue annales morbos appellamus, & περιοδικὰ, quæ ſtatis certiſque diebus recurrunt: in quibus tandem ſine periculo, intentionis & remiſſionis tempus ſubſequitur.

3 Saturnus idem ſchema quod Mars in hoc loco obtinebit, cùm quadratum aſpectum, vel coniunctum, vel oppoſitum Lunæ porriget. Vnde ait Philoſophus. Si ibi ſchema iſtud Saturnus obtulerit, infirmũ obire in plenilunio, quod à malignitate Saturni,

turni, iam planè demonſtratum eſt, niſi aliquis beneuolus Lunam intueatur. De beneuolis autem & maleuolis planetis, ſatis in Paraphraſi primi Capitis dictum eſt. Morbū humiditate quauis exaggerari, Luna ĩ geminis exiſtẽte cõtractū, ꝓbabile eſt tū à ſigno humido, tū etiã à Luna humida. 4

Voluit Philoſophus ſecundo Capite, nos vbique ſuæ propoſitionis eſſe memores, vt cuiuslibet ſigni Zodiaci indicia, per leges Mathematicas haberemus, ne circa partes infirmorū dubij hæſitaremus. Deinde diximus, geminos brachia & humeros regere, quare ſi quis decumbat, Luna exiſtente in Geminis, dolores adeſſe circa brachia, & humeros, ratione ſigni partes illas reſpicientis, & lumbos ratione triplicitatis cœleſtis, ĩgenuè demõſtrat Philoſophus. Quàm ſi per omnia capita diſquiſieris, nõ minorem partem huius materiæ conſequi iudicaberis, & ad maiora paratum te reddes. Quid enim ſibi velit triplicitas ſignorū, enarremus oportet. Triplicitas eſt triū ſignorum in naturis & qualitatibus conuenientia, & ſunt quatuor, quarum prima. 5

PRIMA TRIPLICITAS.

Aries. Leo. Sagittarius.	Signa. Ignea, calida, ſicca Maſculina, diurna, colerica, & orientalia, & qui-

bus

bus corporis humani partibus pręſint, diximus Paraphraſi Capitis primi.

SECVNDA.

Taurus. Virgo. Capricornus.	Signa ſunt terrea, frigida, & ſicca, fœminea, nocturna, melancholica, & meridionalia: & quibus membris humanis dominētur, in Paraphraſi primi capitis dictum eſt.

TERTIA.

Gemini. Libra. Aquarius.	Aerea, calida ſunt, & humida, maſculina, diurna, ſanguinea, & occidentalia: & quas corporis partes gubernent, antea declaratum eſt.

QVARTA.

Cancer. Scorpius Piſces.	Aquatica ſunt, frigida, & humida, fœminea, nocturna, phlegmatica, ſeptentrionalia: & quæ membra regant, diximus paraphraſi Capitis primi.

Nota. Quemadmodum horum ſignorum triplicitates, ſibi correſpondent & conueniunt in cœleſtibus, ſic etiam conueniunt in membris humanis, quòd ea experiētia ſatis cōſtat, quoniam ex nimio pedum frigore, dolēt poſtea pedes, vēter inferior, & pectus, vt patet vltimo capite, quæ membra

bra quartæ triplicitati, ſcilicet Cancro pectus, Scorpio ventrem inferiorem, & piſcibus pedes regentibus, reſpondent. Vnde & medela vni appoſita, alteri prodeſt, vt calefactis pedibus, ceſſat dolor ventris, & pectoris.

Obijciet autem quiſpiam in his affecti- 6
bus, præſertim pectoris & ſtomachi, caput ſępius dolere, dicemus cum Galeno in libris de locis affectis, caput dolere à partiũ Partiũ conſenſus
conſenſu. nam dolore ſtomachi ceſſante, ceſſabit protinus capitis. Hanc rationẽ, & in alijs omnibus triplicitatibus obſerues.

Qualis Luna ſit amphicyrta, Paraphra 7
ſi ſecundi Capitis dicitur.

Planetas beneuolos & maleuolos, Paraphraſi primi Capitis nominauimus.

DE SCHEMATIBVS Lunæ in Cancro.

CAPVT IIII.



I decūbat quispiam Luna in Cancro exi-stente, cui Saturnus vel præsens iūgatur, vel porrigat diametrum, aut te-tragonū, erit morbi prima cau-
1 sa balneum & refrigeratio, † ad-
erit fluxus ad thoracem, aderūt tusses, aderunt constipationes, fe-bres non violentæ, sed tamē ma-lignæ, pulsus parui ac debiles, grauitas in lateribus, hinc con-gruunt omnia quæ calefaciendi
2 vim habent. Si verò ex † beneuo-
lis nemo Lunam intuetur, lon-giore ægritudine detentus, post diem quadragesimum obibit. at si beneuolus aliquis Lunam in-spicit plurima mala tādem per-

pes

peſſus ſanabitur. Si autē decum
bat aliquis, luna in cancro exiſtē
te, cui mars aut præſens iunga-
tur, aut tetragonum ſiue diame-
trum obijciat, erit prima morbi
origo ex nimio vomitu, ac ea a-
gitatione quam cholerā vocant,
aut vētriculi ſubuerſione. Huic
igitur cōgruunt ea quæ cōſtrin-
gunt & refrigerant. Quòd ſi ex
beneuolis nemo lunam inſpicit,
ad primum tetragonum incepti
curſus obibit: ſi verò beneuolus
aliquis aſpiciat, in primo incepti
curſus tetragono ſanabitur. Si
autem decūbat aliquis luna exi-
ſtente in cancro, erit morbus ex
repletione vini & ingurgitatio-
ne: inchoabitur autem à commo
tione diſtēſioneque membrorū
affectorum, æger interrogatus,

bene morbum ediſſeret. Erit autem aliquãdo ex vomitu etiam citra repletionem: æger male de ſe ſperabit, afflictus dolore laterũ, optabit aeri frigido ſemper exponi, quapropter & veſtes dilacerat. Sæpius autem & coli dolores incurrunt, maximè tranſacta diametro: proin oportebit non ſolùm à frigidis abſtinere, ſed etiam adhibere ea quæ reſoluant & confortent, præſertim in principio. Si autem luna non ſit immunis, ſed Martis, aut Solis, aut vtriuſque aliquo ſchemate opprimatur, febres aſſurgũt augentúrque, pulſus ſunt inæquales, nunc debiles, nunc firmi. Cõfert autem huic ſanguinis detractio, facta in tempore: à principio enim quinque dierum ſpa-

cio, vſq; ad incepti curſus partē cc. comitabuntur affectum laterum diuerſa & praua accidētia. Quòd ſi nemo beneuolorū protegit, futurum eſt vt à cōiunctione ſolis neruoſū genus malè afficiatur, ita vt capti tandem mente vociferēt & acclament: Iuxta autem naturā ſigni huius mala de nocte† magis affligunt. Si autem à cōiunctione ſolis, luna motu diminuto ſe eſt redemptura nō priuata pſidio bonorū, æger in morbū periodicū decidet ac ſanabit̃. Quòd ſi luna bonorum pſidio priuet̃, iuncta cōmunioni malorū, nihilominus & ī periodico morbo obibit. Si verò pdicto ſcopo nemo medi⁹ obuenerit, luna verò à cōiūctiōe ſolis motū diminuat, poſt diametrū ſanabit̃.

ac si à coniunctione motum au-
geat, medius verò intercessit ma
leuolus Saturnus, subibit tot pe
ricula, post diametrum tamē sa-
nabitur. Porro natura huius si-
4 Vide finem capitis libre. gni est. † vt malignos & difficile
solubiles morbos adferat, qbus
ea remedia & curæ quas crede-
res multū profuturas, magis no
cebunt vtilis autem est vini ex-
hibitio, balneum, & cibus qui fa
cile in corpus digeritur. Si verò
Saturnus lunæ à cōiunctione ex
eunti vna cum mercurio sche-
mata obijciat, auferentur morbi
quocunque tandem modo, sed
relinquūtur dolores articulorū,
& earum partium quæ circa au-
res sunt nonnullis autē circa pul
monem aut hepar aliquid mali
remanet, eritque diuturnum &
lon

longũ. Aduerte autem: ſi in his ſchematibus luna minuat motũ (hoc pacto enim faciet id quod reliquum eſt mali) non ſolum lõgo tempore duraturũ, ſed mortem etiam allaturũ. Si verò motum augeat & lumen, ♃ autem quocũque modo illi adhæreat, malum relictum tantiſper durabit, quoad luna peruenerit in decimum ab incepto curſu ſignũ. Quando autem luna in cancro exiſtens bonorum tantum ſchemata habet, aut etiã ipſius Mercurii, ſoluũtur morbi: ad primũ incepti curſus tetragonũ. oportebit verò abſtinere à frequenti balneo, exercitijs autem vti, & deãbulationibus, ita enim morbis bene conſuletur.

PARAPHRASIS
Capitis quarti.


1 Diximus cancrum signũ thoraci, & pulmoni præesse, vnde facilè ex superioribus, luna existēte in cancro, cui Saturnus schema aliquod porrigat, primā morbi causam refrigerationē colligemus, à signo & saturno frigidis. Addit thoracem, pulmonē, & latera opprimi, tusses adesse, dicemus cum pręcedentibus cancrum partibus illis dominari. Præterea mortem tandem sequuturā, nisi aliquis beneuolus planeta Lunā intueatur, nō em̃ solùm est saturnus maleuolus, sua natura, sed in signo vehemēter tristatur, & malos morbos facit, de hac re, idē cũ Hieronymo Cardano medico Mediolanensi in libris geniturarũ sentio, vbi ait omnes planetas in cancro præter saturnũ gaudere: Lunā ibi domum habere, Iouē exaltari, Martis terminum & casum, Veneris faciem, Mercurium in sextili domus suæ, Solis siccitatem & calorem immensum ibi deprimi.

2 Beneuolos à maleuolis paraphrasi primi capitis distinximus.

3 Grauius decumbentes de nocte, quā de die affligi, Luna existente in cancro, nō ab re demonstrat Galenus, quādoquidem signũ

hoc

hoc sit frigidum, humidum, & nocturnũ, & Luna frigida, & humida.

Quatuor sunt signa in tropicis circulis & ęquinoctiali sita, scilicet Aries, Cancer, Libra, & Capricornus, quæ semper morbos malignos adferunt, de quibus fusius in fine septimi capitis, & in paraphrasi eiusdem tractatur. 4

DE SCHEMATIBVS LVnæ in Leone,

CAPVT V.



SI quis decumbat luna existente in Leone, cui sol diametrum aut tetragonũ porrigit, prima morbi origo erit ex repletione & cruditate: †aderunt grauitates thoracis & hypochõdriorum, aderunt febres, quarum calor maior erit in profundo, quàm in superficie corporis, 1

aderit astricta aluus, huic congruent ea quæ calefaciunt modicè & aperiunt. Quòd si nullus ex beneuolis lunam inspicit, circa diametrum morietur: Si verò boni lunam inspiciunt, plurima mala tandem perpessus sanabitur. Si autem decumbat aliquis
2 in leone† luna existẽte cui mars, vel presens iungitur, vel diametrum aut tetragonum porrigit, erit prima morbi origo, ex nimia plenitudine sanguinis, febres aderunt cum fluxibus alui, pulsus debiles ac subuersi, defectus animi, lapsus appetitus, grauitas, somnolentia, & langor totius corporis: imo & cardiaca aliquando: huic congruent ea quæ constringunt ac modicè refrigerant. Quòd si nullus ex beneuo-

Ptolomeus aphorismo. 91

ſis lunam aſpicit, die nona morie
tur: Si verò boni aſpiciunt, plu
rimum periclitatus, poſt diame-
trum ſanabitur: Si autem decum
bat aliquis luna exiſtēte in qua-
cunque parte leonis (hoc autem
quod dicā eſt circa alia ſigna cer
tum, ac veluti themiſtos cōſilio
proditum obſerues) † leone ho- 3
roſcopū occupante, morbus erit
ex demacratione membrorum,
per triſtitiā, per negotia, ſollicitu
dines: thorax calefiet, † extrema 4
autem frigeſcent: adſunt & capi-
tis dolores, oculi caui, naſus re-
tortus, pulſus inſenſibiles, ęgro-
ti quaſi longis detenti ſint ęgri-
tudinibus, ita apparent corpore
deiecti: tenduntur autem quan-
tum eſt ex eorum plenitudine:
Quare oportet cōfeſtim ſangui-

nem detrahere, & ſi fieri poteſt Luna in hoc eodem ſigno adhuc exiſtēte, prȩſertim ſi motum ſuū auget: ſin minus, intra tertiū diē, fricare autem oportet extrema, & reſoluere ea quæ thoraci incū
5 bunt. Si autē † Mars ſimul & ſol vterque aucto motu, ſchemata porrigant, tēpore cepti decubi- tus lunæ cardiacam nullo modo infirmus euadet, infra quintum diē. Si autē ſaturnus ſchema por rigat lunȩ, nō eſt adeo timēdum vt moriatur. Si verò Iupiter aut Venus ſchemata lunȩ porrigūt tēpore cepti decubitus, ſpes eſt firmiſſima ſalutis circa tetrago- num incepti curſus affuturæ. Si autem ipſa luna ſola citra vllum ſchema, motu diminuta, in leo- ne ſit, etiam ſpes firma ſalutis.

Proderit autẽ ægroto exhibitio vini, balneum, deãbulatio, præsertim post tertiã aut post quintam. Si autẽ luna in leone (vt diximus) sit tempore cepti decubitus, augeátq; motum, Saturnus veró ĩ medio cœli cõstitutus suũ schema illi porrigat, futurũ est id quod diximus circa tetragonum: nihilominus tamen vẽtris dolores & inflationes remanebunt, etiam si præsens adsit aliquis ex beneuolis: sanantur tamen: Idque tanto citius si luna à cõiunctione motu aucto currat. Si veró lunæ in leone existenti tẽpore cepti decubitus hæc ♂ & alius quicũq; schemata obijciat ipsa veró Aquilonem versus egreditur, soluentur morbi oĩno, adueniẽte curs9 ĩcepti diametro.

Non

Non oportebit vero calefaciẽti bus vti, ſed ęgrum in vmbra decumbere: vtile autẽ erit eius deſi derio plurimum aduerſari, frigi da exhibere, cibos offerre qui nec inflent nec attollant. Si autẽ luna à nemine inſpiciatur auget vero motum, futurum eſt, vt cir ca diametrũ datis ſignis criſeos morbus ſoluatur at ſi motum minuit auferet aliquid morbi circa coniunctionem ſolis: faciet tamen vt ęger ſępius recidiuam perpeſſus longius affligatur, ſalubriter tamen.

PARAPHRASIS
quinti Capitis.



Horacem & hypochondria potius affici, quã alias corpo ris partes, aliquo decũbente, & luna exiſtẽte in leone, cui ſol opponatur, Vel quadra- tum

tum aſpectũ porrigat, occultè demonſtrat Philoſophus. Diximus enim paraphraſi primi capitis, leonẽ thoraci præeſſe, & dominari, præterea febres generari, & excrementa indurari, potiusquã alios morbos, vel ſymptomata, quia putrefactione iam præparata in vaſis vel extra, à calido & humido præter naturam, ibi facilè à leone ſigno, & ſole planeta calidis & ſiccis generatur intus calor præter naturam (qui febris dicitur) actiones lædens, hinc excrementa indurari probabile eſt.

Omnes morbos venenatos induci, aliquo decumbente, & luna exiſtẽte in ſigno igneo, nempe Ariete, Leone, vel Sagittario cui Mars opponatur, teſtatur Ptolomeus aphoriſ.91. Vbi inquit. Luna in oppoſito martis, in ſignis igneis, morbos citò terminari, & raro ad ſalutem. Aphoriſ.91. 2

Leo horoſcopum occupat, cùm fuerit ſignum aſcendens. Cuius initium eſt ſuper circulum hemiſphærij Orientalis. 3

A partium cõſenſu, vel à ſignorum primæ triplicitatis ſymmetria, vel ab vtroq;, caput & thoracem ſimul dolere, rationi cõſentaneum videtur, vt paraphraſi capitis tertij dictum eſt. 4

Si mars cum ſole aliquẽ aſpectũ lunę in leone exiſtenti offerant, dolorẽ ſtomachi 5

non

non euadet infirmus, quem Gręci καρδιακὴν & καρδιαλγίαν nominant. Siquidem os ventriculi veteres Galeno teste 4. Aphorismorum cōmentario. 17. & lib. 5. de locis affectis, Capite. 5. & alijs in locis, cardian, hoc est cor nominarunt.

DE SCHEMATIBVS LVnæ in Virgine.

CAPVT VI.



SI quis decumbat existēte in virgine Luna cui Saturnus vel præsens iungatur, vel tetragonum aut diametrū porrigat, erit prima morbi causa, desidia & cruditas, dolor erit in ventriculo & intestinis, † phlegmone ī hypochōdriis, aderit febris cum alui astrictione, q̄ nō seruabit ordinē remissionū & afflictionum: pulsus erūt ꝓfundi, frequētes & debiles. huic congruent ea q̄ modicè calefaciēdo aperiunt.

Quòd

Quòd si beneuoli† lunã nõ inspiciãt, circa diẽ quadragesimam in summo periculo reponetur. Si verò boni aspiciunt, longam ægritudinem perpessus, tandem sanabitur. Si autẽ decumbat aliquis existẽte in virgine luna cui Mars vel presens adsit, vel tetragonũ aut diametrum porrigat, erit morbus qui à fluxu ventris incipiet, quem subsequetur dysenteria, ita vt sanguis fluat & excorientur intestina, exulcerẽturq;: aderunt febres malignæ, pulsus debiles ac frequentes, casus appetitus, subuersio stomachi. huic cõgruẽt ea q̃ astringẽdi vim habẽt, & nisi lunã boni aspiciãt morie᷑ die trigesima: Si verò boni aspiciãt, sanabi᷑. Si verò decũbat aliq̃s existẽte ĩ virgine

Luna, erit morbus quem cęliacā vocant paſsionem aderunt dolores ventris & inflationes, quæ à læſa coctione originē ſument: ea quæ venter excernet fluida erunt: quæ autem veſica, viridia ac male olētia, aderunt punctiones in ſexto tranſuerſo, & vētriculo iam debili, compatietur totū neruoſū genus: oculi erunt aperti ac vigilantes, præſertim à principio. Si autē Luna ex paruo motu in maiorē prouehitur, Mars autem, aut Mercurius, & ſol, ſchemata illi porrigūt, timēdum erit ne nimium exaſperato malo infirmus in inſaniā decidat: neceſſe verò erit adhibere ea quæ ingroſſandi inſpiſſandique vim habeant. Vitanda erūt omnia fluida, frigida, vuida: tāto
autem

autem hæc vitanda magis, quanto in maiorē motum Luna vehitur: citra diametrum enim suspicio erit cęliacæ & dysēteriæ, quę mala si semel corripiēt hominē, longo tempore minutim abscedunt. Si autem lunæ in virgine vt diximus, existenti, Saturnus cum mercurio, aut venere, aut ioue, schemata porrigat, nihil minus futura est longi temporis ægritudo splenetica aut nephritica: quæ mala abscedent quidē sed longo tempore affligunt. Si autem Luna tempore cepti decubitus sola sit, à nemine īspiciatur siue augeat motum siue minuat, futurę sunt hæmorrhoidum fluxiones, quas luna circumactis vsque aliquot reuolutionibus auferet: infirmi erūt liuidi, atri per

longum tempus, ſanātur tamē. Si autem tempore cepti decubitus Iuppiter aut venus aut mercurius, ſiue horum aliquis, ſiue omnes, Lunæ ſchemata porrigant, non minus adſunt fluxus ventris, deſinunt tamen circa diē quintam. Oportet autem vim quidem exhibere, ſed balneum ſubterfugere.

PARAPHRASIS
Sexti capitis.

1 Ic tacitè philoſophus oſtendit, ſi quis decumbat exiſtente in virgine luna, cui aliqđ ſchema Saturnus porrigat, morbos à cruditate, citius q̄ ab alia cauſa contrahi, quādoquidem luna frigida humida, virgo ſignum frigidū ſiccum, Saturnus planeta frigidus ſiccus, quibus facilè abſumitur humidū ſubſtantificum: cōpatiūtur partes neruoſę, & lęditur calor natiuus, à quo lęſo, cruditates, & diuerſi dolores, originem ſumunt.

Addit præterea ventriculum & inteſtina

na potius affici, quã alias corporis partes, quod satis paraphrasi capitis primi demon stratum est.

A cruditate humorum in vẽtriculo, vel intestinis, vel alibi, putredinis focum effici certum est. Vnde phlegmone & febris tandẽ generabitur. Nam si putrens humor sit extra vasa, intermittens erit febris, si verò cum tempore vasorum conductus perceptarit, continua euadet. 3

Diximus antea infirmos sępissime perire, ex accessione lunę ad stellas maleuolas, ad beneuolas aũt redimi, quas à maleuolis paraphrasi cap. primi distinxim⁹. Vñ Hieronymus Cardanus medic⁹ Mediolanẽsis, Aphoris. 87. ait. Per applicationẽ lunę ad fortunas, aut solis radios morbo nõ inimicos, nec in infortunarũ ꝑtãte salus in morbo acquiritur. Per applicationẽ autem ad infortunas dominãtes similimõ mors fit. 4 Aphoris. 87.

DE SCHEMATIBVS Lunæ in Libra.

CAPVT VII.



SI decumbat aliquis in libra existente Luna, cui Saturnus vel præsens iũgatur vel tetra

gonum aut diametrum porri-
gat, erit prima morbi origo ex
nimia vini potatione & crapula.
Quod si luna minuat motũ suũ,
decubitus autẽ primũ noctu in-
cipiat, futuri sunt affectus mali
capitis & thoracis reumatismi,
tusses, præsertim à pricipio gra-
uedo capitis, casus appetitus, fe-
bres continuæ, quæ nullum or-
dinem afflictionum seruabunt,
pulsus erunt frequentes & debi
les. huic igitur cõgruunt ea quæ
calefacient. Si tamen vna cum
marte Saturnus schemata porri
gat, citra vllum dubium morie-
tur, veniente diametro. Si autẽ
decũbat aliquis existẽte in libra
luna cui Mars vel præsens iun-
gatur, vel diametrum aut tetra-
gonum porrigat, erit morbus
ex

ex nimia ſanguinis copia; erunt febres continuò creſcentes, pulſus retracti, defectus animi, phrenitis, ſuperflua vigilia, totius corporis inflammatio; huic congruet ſanguinis detractio, & ea omnia quæ ſoluũt habitum corporis. Quòd ſi nullus ex beneuolis protegit, infra x. dies morietur. Si verò boni aſpiciunt, circa diametrum ſummum perpeſſus periculum ſanabitur. Si autem decumbat aliquis exiſtẽte in ♎ luna, diffundetur materia morbi in membra extrema, quę inflammabuntur & delebunt, calor tamen erit in profundo maior, æger oculos continuo occludet, quum tamen non dormiat, deijcietur illi appetitus. Tales igitur ſunt iuxta ſigni hu

ius naturam affectus, in quibus cognoscendis multi errant, putant enim ea accidentia ex cibis quos inscijs medicis ægroti accipiunt, prouenisse. Si autem ipsi lunæ minuenti motus suos Saturnus & venus aut ♀ aut vterque accedit, omnino circa diametrum in phrenitin incidet: proinde fomentis vtere & ijs quæ resoluunt: infirmum autem in secretiorem locum absconde, & in solitudine diligenter obserua, ne clanculo aquam bibat: futurum enim est vt circa diametrum excretione alui facta à morbo redimatur, vsus ijs quæ diximus remediis. Sed tamen ad diuturnos, inæquales, & periodicos morbos reddetur procliuis,

cliuis, à quibus tamen redimitur; at verò si solus adest Lunæ Saturnus, peribit, nisi Luna motum augeat: sic enim plurima in principio, & augmento morbi perpessus circa diametrum sanatur. Si verò existenti in libra Lunæ Mars & Sol schemata obijciunt, erunt causæ morborum in capite, quæ facient cephalalgias, reumatismos, hemicranias. Si verò mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis, quæ facient suffusiones, dilatationes pupillæ glaucoses. vtile est autem vt plurimum, in his malis sanguinem subtrahere: vtiles sunt & alui excretiones: ne tamen promittas cito salutem infirmis affuturam. Longum

enim tempus in ijs malis sunt ab sumpturi non sine magno discrimine. Si autem lunæ in ♌ existēti, Iupiter aut Venus schemata porrigat, sanantur infirmi aliquousque malè detenti. Si autē nemo se lunę offerat, nec aliquis eam aspiciat, ipsa verò motus suos minuit, futuri sunt morbi maligni, & difficiles cognitu, præsertim in oculis. Sed tamen veniente Luna ad diametrum soluuntur. Scito autem omnia ea signa quæ in tropicis & ęquinoctiali sita sunt, malignos semper producere morbos.

PARAPHRASIS
Septimi capitis.


Vatuor ſunt ſigna in tropi- 1
cis circulis, & ęquinoctiali ſi
ta, malignos ſemp morbos
producentia. Eſt enim ęqui-
noctialis circulus vnus diui-
dens Spheram in duo equalia, ſecundum
quālibet ſui partem ęquidiſtans ab vtroq;
mundi polo, Vt dicitur ęquinoctialis. Nā
quādo Sol tranſit per illum, quòd eſt bis in
anno, principio arietis ſcilicet, & libræ, eſt
ęquinoctiū in vniuerſa terra. Vnde etiam
appellatur ęquator noctis, & diei, quia diē
adęquat nocti. Sunt autem duo tropici cir
culi, Quorum prior eſt qui à ſole in pri-
mo puncto cancri exiſtente, ſiue in puncto
ſolſtitij ęſtiualis, raptu firmamenti deſcri-
bitur, ex parte poli arctici. Vnde appella
tur circulus ſolſtitij ęſtiualis. Vel tropicus
ęſtiualis. Vel tropicus cancri, à tropos,
quòd eſt conuerſio, quia tūc Sol incipit ſe
conuertere ad inferius hemiſphęriū, & re-
cedere à nobis. Alter autem iterum à ſole
exiſtente in primo puncto Capricorni, ſi-
ue ſolſtitij hyemalis, raptu firmamenti de-
ſcribitur ex parte poli antarctici. Vnde
apppllatur circulus ſolſtitij hyemalis, ſiue

tropicus hyemalis, ſiue tropicus Capricorni, quia tunc ſol conuertitur ad nos. Ex his igitur patet Arietem, Cançrū, Libram, & Capricornum, hęc ſigna quatuor, morbis moleſtis ac grauibus humanos homines impartiri. Verūenimuerō lectorem ibi hortamur, vt quę à Galeno tertio de diebus decretorijs ſcriptis relinquuntur, ſanè per legendo colligat, & tandem diluat: ne vel hunc libellum non eſſe Galeni, vel ſibi pugnare iudicet. Vbi inquit: Cùm luna in tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit, morborum initia peſsima erunt. Sine periculo autē & ſalutaria, cùm Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum Luna permeat.

Hic dubius nō abs re relinquitur lector, Vt ſanè legendo tertiū Galeni de diebus decretoriis, verba cōtraria diſſoluat.

DE SCHEMATIBVS
Lunæ in Scorpione.

CAPVT VIII.



SI decūbat aliquis exiſtente in Scorpione Luna cui pręſens iungatur Saturnus, vel tetragonū aut diametrum obij-

ciat, erit origo† morbi ab inflam 1
matione inguinum & locorum
profundorum, circa anum &
pudenda. Quod ſi luna motus
ſuos augeat, & lumen† beneuo- 2
lique illam aſpiciant, reditus ad
ſanitatem erit facilis. Si verò de-
cumbat aliquis, exiſtēte in Scor
pione Luna, cui Mars præſens
iungatur, vel tetragonum aut
diametrum porrigat, ipſa verò
motus ſuos minuat & lumen,
ſchemata beneuolorum retinēs,
redibit ad ſanitatem vltra vel
citra tetragonum aut diametrũ:
hoc enim in ſingulis ſignis bene
uoli faciunt, vt iã noſti: reddunt
enim morbos mitiores & ad cu-
randum faciliores. Si verò decũ-
bat aliquis exiſtēte in ſcorpione
luna, origo prima morbi erit ira

&

& contentio siue iurgia, inflam-
mabũtur loca in abdomine cir-
ca sedem aut vesicam, febres à
die tertia increscent & augebun
tur, infirmus autem desipiens
factus, exasperabit mala sua. Si
autem luna in hoc signo auget
motus suos, presertĩ ab ☍, Mars
3 verò ipsi præsens adest† pericu-
Aphor. 91. Ptolo. lum est lesionis per ferrum quo
quo modo occulto. Si autem &
Sol præsens adest, aut schema
porrigit lunæ suos motus augẽ-
ti. (Id quod fit quãdo ipsa secun
dum longitudinem sui cursus
quindecim partes percurrit) pe-
riculum erit apostematis pleu-
ritici, iudicantur autem & libe-
rantur infirmi fluxu sanguinis.
Oportet autem in secretiore lo-
co infirmi seruare, abstinere ve-
rò

rò ab omni frigidorum vſu, à
lotionibus, malagmatibus frigi
dis, balneis, extractionibus ſan-
guinis per cucurbitulas: morbo
autem ad diem vndecimum pro
tracto, itur tandem in diuturnũ
malum, in quo nõ minus eſt pe-
riculum. Si autem decumbat ali
quis in ♒ luna exiſtente, cui Iupi
ter vel ♀ adſit præſens, vel ſche-
ma porrigat, erunt eadem mala
quæ diximus, ſed ſalubriora, à
quibus tamen non liberatur ni-
ſi longo tempore: longitudo au
tem temporis, aut numerus die-
rum durationis morbi, cogno-
ſcetur ex connexione lunæ cum
Stellis beneuolis: donec enim
vel ipſi planetæ pręſentes boni,
vel eorum ſchemata non acceſ-
ſerint, morbi vigent, ſuámque
vim

vim obtinent: Statim tamen ac veluti præfinitum tempus ægritudinis est ad diem diametri, vltra quam si morbus protrahatur, fit chronicus, & longus. Si autem decumbat aliquis luna in Scorpione existente, vergentéque ad solis coniunctionem motu diminuto, †cui Saturnus vel
4 præsens iũgitur, vel schema porrigit, defatigabitur plurimum infirmus, & labefactabitur longitudine morbi; qui erit defluxus ad inferiora loca, anum scilicet aut pudenda: & nisi beneuolus aliquis protegat, sic commorieť. At verò si Luna motu aucto progreditur, Saturnus autem illi aut iũgitur præsens, aut schema porrigit, futura sunt eadem mala, sed minus periculo-

sa, tamen chronica † & diutur- 5
na. Natura autem ſigni huius exigit vt vitetur vſus balneorum, ac eorum omnium quæ humores fundunt & defluere faciunt.

PARAPHRASIS
Capitis octaui.

Nflammari & affici partes 1
inferiores, nempe pudenda, inguina, & loca profunda, luna in ſcorpio exiſtente, iam diximus, quia partibus illis dominatur ſcorpius.

Cùm duo beneuoli planetæ inter ſe co- 2
ierint, manifeſtam beneuolẽtiam, & amicitiam, ac bonitatem, augeri ſemper iudicabimus. Vnde ſingulis ſignis, ipſos reddere morbos mitiores, & ad curandũ faciliores comprobat Galenus. Coniunctio autẽ boni cũ malo, malitiam mali aufert, non tamen ſine pernicie boni, eò quòd eius bonitas, minor fit.

Si lunæ motus ſuos augenti præſertim 3

à plenilunio Mars præsens adsit, timenda est per ferrū lęsio, nam metallum ferrum, Martem bellicum refert. Vt patet in capite philosophali de martialibus. Hoc comprobat Ptolomeus aphorismo. 91. Vbi scriptū sic reliquit. Luna iuncta marti in signis aereis, incisionem ferri seu percussionem demonstrat. Sunt autem signa aerea, Gemini, Libra, & Aquarius.

4 A malignitate saturni, omnes morbos in deteriorem partem, & à beneuolorū benignitate, in salubriorē semper collabi, iā declaratum est.

5 De morbis Chronicis, Paraphrasi Tertij Capitis dictum est.

DE SCHEMATIBVS Lunę in Sagittario.

CAPVT IX.



SI decumbat aliquis existente in Sagittario luna, cui Saturnus pręsens iungatur aut tetragonum vel diametrum obijciat, morbus incipiet à fluxu subti

ſubtilium tenuiūque rheumatū
aderunt dolores articulorum,
aderūt aſtrictiones alui, febres,
quarum acceſſiones erunt cum
rigore & frigiditate extremo-
rum. Quando igitur luna ſuum
lumen & motum maxime mi-
nuet, erunt tum acceſſiones fe-
brium duplices, erunt conſtipa-
tiones multæ, pulſus profundi:
huic igitur cōgruent ea quæ ca-
lefaciendo aperiunt: † niſi verò 1
beneuoli aſpiciant, futurum eſt
vt magna pericula ſubeat, ſana-
tur tamen tranſcurſu diametro.
Si verò decumbat aliquis exi-
ſtente in Sagittario luna, cui
Mars præſens iungatur vel te-
tragonum aut diametrū obij-
ciat, luna verò auget lumen ſuū
& motum, erit ęgritudo ſummi

periculi, cuius origo eſt repletio & crapula, futurę ſunt febres cõtinuæ, q̃ magis ac magis inualeſcũt erunt cholericæ paſſiões, ſoluta aluus, pulſus debilis. Cõgruent huic ea quæ refrigerant & conſtringunt. Quòd ſi maleuoli Lunam inſpiciant, ſeptima
1 morietur. †Si verò beneuolus aliquis inſpicit, ſanatur, tranſcurſa, diametro, ſed non ſine periculo. Si verò decumbat aliquis Luna in Sagittario exiſtente, morbus eſt qui ortum accepit à balneo & aere frigido, totum corpus fluxu reumatum corripitur, adſunt dolores gingiuarum & dentium: præincipiens autem morbi cauſa in thorace eſt. Si autem Lunæ accidenti

motu

motu diminuto ad ſolem præ-
ſentes iunguntur, aut ſchemata
obijciunt ♄ & ☿ futuræ ſunt in-
flammationes pulmonis & ſe-
pti tranſuerſi, totum corpus ſu-
percaleſcit: oportet autem adhi-
bere ea maximè quæ reſoluunt
& exiccant: vtilis erit præſertim
à principio detractio ſanguinis.
Quòd ſi Luna tranſgreſſa prius
tredecim partes, nunc decimam
quartam tranſgreditur, quinta
die morietur. Si autem † tempo- 2
re decubitus Lunæ exiſtente in
Sagittario, ♃ aut ♀ iunguntur,
vel ſchemata porrigunt, futura
quidem ſunt ea, quæ diximus,
mala, ſed erunt ſalubriora.

Si verò Luna nemini iun-
gatur, nec aſpiciatur à quo-
piã, motum autem ſuum auget,

ſalubriora quoque mala acci-
dunt. At verò ſi Mars & Sol
Lunæ augenti ſuos motus ſche-
mata obijciant, ſupra mala præ
dicta tuſſes vehementiſſimæ ſu-
peruenient. Natura autem ſigni
3 huius eſt, vt ęgrotis vigilias † in
cutiat continuas, & noctu maio-
rem afflictionem quam de die
commoueat, vnde adeo debili-
tantur infirmi, vt vix pulſus eo-
rum percipere poſſis: neceſſe ve
rò erit vti iis quæ reſoluunt &
modicè calefaciunt: fugere autē
balnea, lotiones, humectationē
denique omnem: æger verò in
obſcuro ſub vmbra decumbat,
qui ſpem ſalutis certã habeat,
ſi boni lunam aſpiciunt: Quod
ſi vnus tantũ ex beneuolis pro-
tegat inſpiciendo lunam, plus
qui

quidem exaſperãtur mala, ſpes tamen eſt certa ſalutis poſt pericula.

PARAPHRASIS
Capitis noni.



E beneuolis & maleuolis planetis, in paraphraſi primi capitis dictum eſt. 1

Salubres morbos Luna in Sagittario exiſtẽte, cui ſchemata Iuppiter & venus beneuoli porrigãt, aſſerit Galenus ratione præmiſſa. 2

Sagittarij natura ignea eſt calida & ſicca. Vnde luna exiſtente in eo, vigilias cõtinuas ait dolentibus inferre. 3

DE SCHEMATIBVS
Lunę in Capricorno.

CAPVT X.



I quis decumbat luna ĩ Capricorno exiſtente, & imminuẽte ſuũ motũ, cui ✝ præ

sens iungatur, vel tetragonum aut diametrum obijciat, origo morbi est refrigeratio in balneis, adsunt tenuia reumata, grauitas thoracis, & pulmonis, tussis præsertim à principio, febres quarum accessiones veniunt cum rigore, idque magis noctu: huic congruent ea quæ calefacient, & nisi bonus aliquis Lunam aspiciat, die vigesimo primo morietur.

Si verò boni aspiciunt, sanabitur, Longam pulmonis ęgritudinem perpessus. Si decumbat aliquis in capricorno Luna existente cui præsens iungatur Mars, aut diametrum vel tetragonum obijciat, morbus erit qui originem traxit à lesa coctione, quam subsequitur vo-

mitus & cholera: morbus equidem periculoſus & acutus: comitabuntur illum neruorum diſtentiones, inflammationes, bilis mordax in inteſtinis & ano. Huic cōgruent ea quæ refrigerant & conſtringant: niſi vero bonus aliquis tum aſpiciat, die quinta aut ſeptima morietur. Si vero beneuolus aliquis aſpiciat ſanatur infra ſeptimam. Si decūbat aliquis Luna exiſtēte in Capricorno, cauſa p̄incipiens morbi erit labor & iuanitio, erunt autem dolores potiſſimū in dorſo, incurrent horrores ſæpius, ita vt bis terque breui ſpacio tēporis acceſſiones ſuas faciant: eriguntur pili totius corporis, febres ſunt cum aluo adſtricta, & diſſoluta debilique virtute

Rogerus Coke pater meus sic laborabat, et decubuit, ☽ existente in 26 grad. [illegible] mori [illegible]

hæc ego multa tibi ea de causa adduco, vt tu habitis iis indiciis morbos certioribus notis dignoscas. Tanto verò debiliores infirmi redduntur, quãto luna motus suos magis diminuit: videbis ægrotum delirare in loquendo, oculos raro sursum attollere. Quod si circa incepti cursus diametrum Saturnus Lunæ iũgatur vel schema obiiciat, reponetur eo tempore in summo discrimine infirmus, idque ob violentiam & afflictionem nimiam febris. Quòd si tum aliquis ex beneuolis protegat, liberatur, sed longo tempore afflictus. Si verò Mars aut Sol vná simul schemata porrigat, transmutabitur morbus, fiétque periodicus. At verò si Luna motũ suũ

augeat, præſens verò illi circa incepti curſus diametrum adſit ♄ aut Sol vt diximus, futurus eſt morbus periculoſior. Si autem Lunæ in Capric. exiſtenti Iup. aut ♀ aut ☿ ſiue horum aliquis, ſiue omnes præſentes iungãtur, aut ſchemata porrigant, cauſa morbi eadem eſt quã diximus, ſed morbus fit omnino ſalubris. Animaduerte autem naturam ſigni huius cuius† propriũ eſt periculoſas inferre ęgritudines. Oportebit vero abſtinere à balneis, & ab omni frigidorũ vſu: decumbere vero in ſublimi & alto loco: expediet & exercitia, ſi fieri poteſt, infirmis iniungere. 1

PARAPHRASIS
Capitis decimi.


Vatuor sunt signa, quorum proprium est graues inferre morbos: vt dilucidius patet in paraphrasi Capitis septimi.

DE SCHEMATIBVS
Lunæ in Aquario.
CAPVT XI.


I quis decumbat existente in ♒ Luna, cui augmentãti lumẽ suũ & motum Saturnus p̃sens iungat̃, vel diametrũ aut tetragonũ obijciat, origo morbi est, labores, vigiliæ, aut itinera, nõ seruabit̃ aũt ęqualitas morbi, ĩ augẽdo & diminuẽdo. Qđ si bonus quispiam Lunã aspicit, sanitas redit circa incepti cursus diametrũ. Si vero decũbat aliq̃s in ♒ Luna existente, cui minenti motum suum & lumen Mars præsens iungitur, aut diametrũ

vel tetragonũ obijcit:causa præ incipiens morbi est in inguinibus, aut in cruribus aut, in pudẽdis: futuræ sunt febres vrentes, continuæ, & crescentes cõtinuo, extrema tamen membra magis quàm cetera inflammantur, incurrit sitis, inquietudo, ita vt ægroti in eodem loco non permaneant, sed crebro exurgãt: adest desiderium frigidæ potionis. Si verò Lunæ augmentanti suos motus p̃sens Mars iũgit, aut aliquod schema obijcit, futurũ est vt ĩfirmus circa incepti cursus tetragonũ animo deliquat: cõgruent vero huic subtraxiones sanguinis: nec oportebit nimium se opponere eorũ desiderio ad potionem frigidam, neque in lucido loco decumbere. Quod

si

si circa tetragonum morbo nihil decedat, morietur in diametro. Si autẽ Lunæ in Aquar. existenti, ♄ aut Venus siue vterque eorum, siue alter ex iis schemata porrigat, Luna vero suos motus minuit, sanatur circa diametrũ. Si vero lunæ minuenti suos motus, Saturnus schemata obiiciat, aut etiam Mercurius, iidẽ sunt futuri affectus, quos ante diximus: supra illos tamẽ accedũt & rheumata, & flux⁹ diuersi, ad inferiora membra. Periculum etiam erit ne infirmus in hydropem decidat: certum autem est, ꝙ longo tempore affligetur. At vero si Luna tẽpore cepti decubitus motũ suũ medium non excedit, sanitas quidem est affutura, sed tardè.

PARAPHRASIS
Capitis vndecimi.



IAm multa ad notitiam huius materiæ præmiſimus, ſed non omnia, quãobrẽ nunc magna quædã & grauia addimus, quę quidẽ per ſingula capita, tam præcedẽtia, q̃ ſequentia, lectori veniunt repetenda, & intelligenda. Hic enim ait philoſophus. Si lunæ aquariũ permeãti, Saturnus aliquod ſchema porrigat, dolores & vigilias adeſſe certũ eſt. Nõ ĩmemores prioris paraphraſis, dicemus planetas habere dolores, in quolibet ſigno ſecundum membra. Vnde labores & vigilias adeſſe ait. Luna in aquario ratione ſchematis ſaturni in capite dolorẽ habentis peracutè concludit Philoſophus. Deĩde addit inguina, aut pudenda affici, cùm Mars iungitur ipſi lunæ in aquario exiſtenti. Dicemus itaque hoc fieri, ratione lunæ tunc dolorem in verendis habentis. Similiter & ardentes febres, ratione martis in corde dolorẽ habentis, dum luna aquarium permeat. Hæc in aquario tibi propoſui, vt dum aliquod reliquorum zodiaci ſignorum ſe tibi obtulerit, in prædicendo circa infirmum dubius non hæreas, & gratia lucidioris intelligentiæ, intuere figuram ſubiectam.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	*Pectus*	*Ventrem*	*Caput*	*Fœmora*	*Pedes*	*Crura*	*Genua*
♉	*Ventrem*	*Dorſum*	*Collum*	*Genua*	*Caput*	*Pedes*	*Crura*
♊	*Ventrem*	*Verenda*	*Pectus*	*Cauillas*	*Collum*	*Caput*	*Fœmora*
♋	*Virilia*	*Fœmora*	*Pectus*	*Pedes*	*Brachia*	*Oculos*	*Gaput*
♌	*Verenda*	*Fœmora*	*Ventrem*	*Caput*	*Cor*	*Humeros*	*Collum*
♍	*Pedes*	*Genua*	*Ventrem*	*Collum*	*Ventrem*	*Cor*	*Humeros*
♎	*Genua*	*Oculos*	*Verenda*	*Humeros*	*Caput*	*Ventrem*	*Cor*
♏	*Cauillas*	*Pedes*	*Caput*	*Cor*	*Verenda*	*Dorſum*	*Ventrem*
♐	*Pedes*	*Caput*	*Manus*	*Ventrem*	*Fœmora*	*Verenda*	*Dorſum*
♑	*Caput*	*Genua*	*Crura*	*Dorſum*	*Fœmora*	*Verenda*	*Fœmora*
♒	*Caput*	*Humeros*	*Cor*	*Verenda*	*Genua*	*Fœmora*	*Verenda*
♓	*Humeros*	*Cor*	*Ventrem*	*Fœmora*	*Collum*	*Crura*	*Fœmora*

DE SCHEMATIBVS Lunæ in Piſcibus.

CAPVT XII.



I quis decũbat exiſtẽte in Piſc. luna, cui minuẽti ſuum lumen & motũ, Saturnus præſens iungatur, aut diametrum vel tetragonum obijciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quã ſubſequẽtur tenuia remnata. Stipabũtur extrema: febres accedẽt cum rigore: quarum acceſſiones erunt duplices: erit dolor capitis, punctiones ad thoracem, grauitates in hypochondriis & articulis, pulſus profundi & debiles, huic igitur congruent ea quæ calefaciant & ſtipata aperiant.

Quòd

2 Quod†ſi beneuolus aliquis Lu-
nã inſpicit,ſanatur circa diame-
trum,remanent tamen diuturni
articulorum dolores. Si decum-
3 bat†aliquis Luna in ♓ exiſtente,
cui augmentanti ſuum lumen &
motum, Mars præſens iũgatur
aut diametrum vel tetragonum
obiiciat, origo morbi eſt à ni-
mia vini potatione & cruditate,
morbus autem à die tertia vigo
4 rem maiorem accipiet:†afflictio
nes erunt noctu maiores, ſucce-
dent vſtiones nimię in thoracē,
delirium, phrenitis,dolor capi-
tis,ſitis,deſiderium vini, pulſus
retrahentur.Huic congruent ea
omnia quæ habitum corporis
ſoluunt, precipuè tamen detra-
ctio ſanguinis: & niſi bonus ali-
quis Lunam aſpiciat, circa pri-
mum

mum incepti curſus tetragonum
morietur. Quòd ſi boni aſpi-
ciunt, ſanatur poſt diametrum,
ſed magna prius expertus peri-
cula. Si autem Lunæ in ♓ exiſtẽ
ti, ♃, aut ♀: præſentes adſunt tẽ-
pore cepti decubitus aut ſchema
ta porrigunt, ſanitas redit aut
circa primum incepti curſus te-
tragonum aut diametrum. Ma-
gni autem momenti apud te eſſe
debent † & anguli cœli. † Si em̃ 5
tẽpore cepti decubitus beneuo- 6
li, †aut in horoſcopo, †aut in me 7 8
dio cœli ſint repoſiti, Luna autẽ
eſt ĩ ſchemate tetragono, aut dia
metro malorum, non leue eſt in-
de ad conſequendam ſalutem au
xilium. Si cõtra maleuoli ſint in
horoſcopo, Luna autẽ eſt in ſche
mate bonorum, magnum eſt ſa-

lutis futuræ impedimentum. O-
pereprecium eſt igitur optimū
medicum meminiſſe ſemper prę
ceptorū mathematices, diſqui-
9 rere† diligenter diem & horam
decubitus: conſpicere deinde ſi-
tum cœli, ſine conſenſu cuius ni-
hil vſquam fieri poteſt. Si decū-
bat aliquis exiſtente in ♓ Luna,
10 †cauſa morbi ꝓcatarctica eſt vel
importuna lotio in balneo, vel
nuda deambulatio, vel frigida
potio. Statim autem cōpatitur
neruoſum genus, præcipue ſto-
machus: adeſt febris, adeſt ſpirā-
di difficultas, aſtrictio alui: calor
tamē maior in profundo quàm
in membris extremis: pulſus a-
deo fiunt parui vt vix eos per-
cipias, immutantur tamen ſubi-
to, ita vt infra horas duas diuer-

ſitatem in illis agnoſcas: venter autem fluida excernet vrinę male olent: congruent huic vſus refrigerantium. Quod ſi Luna in primo incepti curſus, tetragono curſus ſuos augeat, icta Saturni aliquo ſchemate, ſanari quidem poterit, ſed cum magno periculo. Si autē Luna in Piſc. exiſtes, Iup. & Mer. ſchemata habeat, eædē morbi cauſæ erūt, quas ante diximus: in hoc tantum erit diuerſitas, quod ventriculi dolores ſuperaddentur, quibus debilitantur, variantúrque pulſus. Si autem Luna motū ſuum medium excedit † Saturni icta ſchemate, vltra primum incepti curſus tetragonū non viuet. Quod ſi ♀ quoquo modo Lunę det ſua pręſidia, morbus vſq; ad n

diametrum protrahitur, ex quo
tandem dyſenteria ſubſequetur,
pallores, tumores pedũ, macies
totius corporis, qua conſumpti
moriuntur tãdem infirmi. Si ve-
rò Luna excedens motum ſuum
mediũ, Martis & Solis ſchema-
tibus feriatur, eędem erunt mor
bi cauſæ, quas diximus: febres ta
men continuo magis aſſurgent,
phlegmone hepati additur, ex-
trema vruntur. Oportebit verò
hora oportuna cibare infirmum
cibo qui magis nutriat. Natura
verò huius ſigni, interdum non
admittit euacuationem ſangui-
nis per phlebothomiã. Niſi ve-
rò beneuolus aliquis inſpiciat,
morietur in diametro infirmus.
12 At ſi ♃ aut ♀ inſpiciat, † Luna
verò motus ſuos minuat, peri-
cli

clitandum quidē infirmo est ex ijs quas ante diximus, causis: circa diametrum tamen sanatur, pͥsertim si in curando medicus nō erret. Aduerte autem ad Iouem & Venerem: Si enim horū schemata Luna habeat, ipsa verò motum augeat, Martis & Solis schematibus oppressa, nihil inde est auxilij, moritur infirmus. Vellē autem vt eorum quæ hucusque diximus prçceptorum recorderis, nō solum circa decubitus, sed etiam circa illata vulnera, circa partus mulierū, & alia quæ hominibus accidūt: inde enim scies quando opportunè chirūrgiam aut curationes alias quæ ex delectu & arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas: veluti, exempli gratia, in dilatatione pupillæ o-

culorum, in glaucomate, in suf-
fusione: chirurgiam primum in-
cipies quando Luna & lumen
motum suum auget, beneuolo-
rum schematibus exposita: vtile
est te scire & illud. periculum es-
se excalefacere corpora, quãdo
Luna auget lumen suum & mo-
tum, cui Mars aut Sol iũgatur,
vel schemata obijciat. Periculũ
item refrigerare corpora, quan-
do Luna minuit motum suum,
& lumẽ, cui ♄ aut Merc. præsens
iungatur, vel schemata obiiciat.
Quando verò vno die & eadẽ
hora duo decubuerint, animad-
uertẽ ad ætates illorum, ac eas
mutuò sibi cõferas: iunior enim
citius sanatur & facilius (pro di-
uersitate morborũ quos iam cir-
ca singula signa diligẽter exami
na

nauimus) si Luna minuat motũ suum & lumen, Saturni vel Mercurij schemati exposita: senior autẽ aut transmutationem faciet morbi in aliũ morbum, aut longiori tẽpore sanabitur. & diuerso iuniori maius incũbit periculũ, circa incepti cursus tetragonum, aut (sicuti iam docuimus) diametrum, si luna augeat motũ suum, & lumen, Martis aut Solis schemati exposita. At verò si Luna seiuncta à cõmersio malorum solum schematibus bonorum exposita fuerit, iuniores & seniores sanantur, pro diuersitate affectuum, quos circa singula signa exposuimus. hęc verò ego tibi nunc adiunxi, vt tu fretus consilio absolutissimo in omnibus sis absolutissimus.

PARAPHRASIS
Duodecimi capitis.

1 
Vm pisces permeat Luna, cui Saturnus præsens iungatur, vel opponatur, vel quadratum aspectũ obijciat, primã morbi originẽ esse refrigerationẽ ingenuè asserit Galenus, ratione Pisciũ & Saturni frigidorũ. Deinde quatuor corporis partes, Nempe caput, thoracem, hypochondria, & pedes extremos simul opprimi demõstrat. Dicemus ne hoc fieri à quarta triplicitate, quæ cõstat, Cancro thoracem, Scorpio. hypochondria, & piscibus pedes regentibus, & caput per cõsensum? De quibus clarius patet in paraphrasi Capitis tertij. Huic febres generarij facilè ab oĩbus medicis theoricis cõprobat̃

2 Planetas beneuolos & maleuolos, in paraphrasi primi capitis ostendimus.

3 Tanta martis malignitas est, vt si Lunę iungatur, vel opponatur, morbos subitaneos & letales inferat, nisi beneuolus aliquis defendat. hoc ꝓbat Ptolomeus aphorismo. 91. vbi scriptum sic reliquit. Luna in opposito martis morbos venenatos inducit. Sicut in signis igneis. Nempe Ariete, Leone, & Sagittario terminantur cito, &

raro

rarò ad ſalutẽ. Luna iuncta marti in ſignis aereis,& potiſsimũ in geminis,inciſionem ferri ſeu percuſsionem demonſtrat.

Grauius noctu quãdiu decũbentes mor bis opprimi. Luna in piſcibus exiſtente, cui mars cõiunctũ, vel oppoſitũ, vel quadratũ obijciat aſpectum,peracutè demonſtrat Philoſophus ratione ſigni nocturni. Inflammationes thoracis,ratione tum triplicitatis, de qua in paraphraſi capitis tertij habitus eſt ſermo,tum etiã planetæ mar tis calidi & ſicci, quẽ ſanguini Chyſtifellis,venis,atq; vi iraſcibili,in paraphraſi pri mi capitis præeſſe diximus. Addit prętere a capitis dolores calidos vt deliria,& phre nitidas , quod per cõſenſum partium fieri rationi conſonum eſt, vt in eadẽ paraphra ſi monſtratum eſt. 4

Nihil hic de cœleſti figura erigẽda atq; diſcernenda abſoluere libuit , quã aſtrorũ philoſophi in duodecim partes ſecantes at que diſtinguentes,eas domos,ędes,aut do micilia nominant. Initiũ igitur primę domus in Ariete ſtatuunt, quã horoſcopum vel aſcendentẽ vocant,eò ꝙ de inferiori ad ſuperius hemiſphęrium ſeſe attollit, hanc enim cõmuniter cuſpidem,cardinẽ,aut an gulum,orientalẽ appellãt. Hęc domus pri ma ſiue angulus orientalis,principijs vitæ, 5

Primus angulus

& omni operum haud temere aptatur. In oriēte enim inchoat motus cœli, quapropter omnis virtus ab orientis partibus ortū habet. Primę domui, sine angulo sub ipso horizonte succedit secunda domus succedens nuncupata. Post hanc, tertia cadens sequitur. Dehinc adest quarta, cardo, Angulus, & cuspis mediæ noctis. Cui quinta succedens dicta succedit. Quintam inuitatur Sexta cadens. Præterea accedit Septima domus, Angulus, cuspis, aut cardo occidentalis, atque descendens, Septimæ adhæret octaua succedens. Subsequitur nona cadens. Deinde decima adest, Nominata cardo, Cuspis siue angulus meridionalis, eò quod principiū eius in meridiano constituitur. Hanc sequitur vndecimo succedens. Demū accedit duodecima cadēs, quæ ad principiū primę domus orientalis terminatur. Ex his igitur colligemus (lectori satisfaciendo, primā, quartam, septimam, & decimam domos primarias, & angulares, reliquis octo digniores, fortiores, & potentiores. Quare (Ptolomeo teste aphorismo. 104.) animaduertendū est, planetas potentes magis esse, qui sunt in angulorum cuspidibus, carentes omnino dignitatibus, quā in cadentibus, siue gaudijs in domibus & exaltationibus suis.

Secundus angulus.

Tertius angulus.

Quartus angulus.

Ptolo. aphoris. 104.

Præ

Præterea ſtatim & obſcurè planetarum 6
beneuolorũ vel maleuolorum peragrationes, in angulis figuræ, hic docet Philoſophus inueſtigare. Vbi enim angulos bene affectos, id eſt non impeditos à maleuolis planetis, inueneris, Luna fortunata, bene erit languenti, contra malè, quod comprobat Ptolomeus propoſitione. 60. Centiloquij, & aphoriſmo. 93. vbi ſcriptum ſic reliquit, per applicationẽ Lunæ ad fortunas non diſpoſitas ab infortunis vincitur natura morbi, per ſeparationem ab illis, & applicationem ad eſſe infortunarum, cauſatur mors.

Ptolo. propoſitione. 60. Centiloquii.

Horoſcopum primam domum, angu- 7
lum orientalem, ſiue aſcendẽtem eſſe diximus Paraphraſi capitis quinti.

Medium cœli, decimam domum, angu 8
lum meridionalem appellamus. Iſtud autem non eſt obliuione pręteteundũ, quòd ſolùm horoſcopum & mediũ cęli tangat, id eſt quòd ſolùm modò de prima domo angulo orientali, & decima domo angulo meridionali verba faciat, hi enim anguli duo fortiores, digniores, & potẽtiores ſunt quarto & ſeptimo, quòd omnes vno ore
decantant aſtrophili. 9. Quicunq; dies & 9
horas principii decubitus infirmorũ in dubio cupit cõputare, Libros Galeni de diebus

10 bus decretoriis perlegat Procatarcticam cauſam morbi, primitiuam appellat philo ſophus. Quare ſi quis decumbat Luna exi ſtente in piſcibus, morbi cauſam primitiuam eſſe, vel importunam lotionem, duabus qualitatibus ſigno & planetæ dominatori nõ pugnantem, vel frigidam potionẽ, vel nudam deambulationẽ, iuxta ſigni & planetę dominatoris naturam demonſtrat Galenus. Hoc enim pedes gubernans, frigidum, humidum, Phlegmaticum, & nocturnum eſt. Huic neruoſum genus ſemper affici non nouit nullus medicus, maximè ſtomachum, quòd à ſignorum quarta triplicitate, vel à partium conſenſu vel ab vtroq; in paraphraſi capitis tertij demonſtratum, eſt. Aluum fluidam fieri ſingulis diebus compertum habemus vt mihi etiã non febricitanti ſemper contingit: maximè in ęquitando per hyemem ſtatim à longa pedum refrigeratione, ventrem fluida excernere, ſtomachum, ſimul & caput dolere etiam ſi Luna Piſcis non permeet.

11 A malignitate Saturni & Martis, morbos reddi periculoſiores, & letales antea dictum eſt.

12 Dixit philoſophus primo & decimo capitibus, infirmos tanto debiliores reddi, quanto Luna motum ſuũ magis minuit.

Qui

Qui naturæ planetarum & ſignorũ temperamenta iuniorum & ſeniorum non nouerit, illum circa aſtrologiam, & Galeni libros, de temperamentis, & ſanitate tuenda, verſatum volumus: vt iuniorem leuius & facilius in diminutione motus & Luminis Lunæ, quã ſeniorem (morborum ratione habita) Saluũ fieri iudicet, & econuerſo in augmento motus & luminis Lunæ, vel in priori tetragono iuniorem quàm ſeniorem grauius morbo opprimi ratione demonſtret. 13

Iudicia rerum futurarũ non dantur niſi expertis ineſſe planetarum ſuorum temporum, ex virtute tamen innata eorum. Iudicia noſtra non tibi tanquàm legẽ tradimus, ſed vt ſis memor in figuris & accidentiis corporum ſuperiorum. Iudicia noſtra non te neceſsitant, ſed futura demonſtrant. Iudicia noſtra ſatis proſunt, ſi cùm natura & artè amplecteris.

L V G D V N I,
EXCVDEBAT
Nicolaus Baccaneus.

